



Oldendorff

1490

RS  
15



BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU



Inc. 56. Q

INKUNABULY

Oldendorff

1490

Ts



7315

21  
20  
19  
18  
17  
16  
15  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
0

**¶ Pamphili saxi Poetæ lepidissimi.**

**Epigrammatum. Libri quattuor.**

**Distichorum. Libri Duo.**

**De Bello Gallico.**


**De laudibus Veronæ.**

**Elegiarum liber unus.**

**¶ Cum privilegio. Impressi.**



0w 30 200  
JL\* 12300






BIBLIOT. UNIW. W POZNANIU

OW 30200


INKUNAEULY



Dar .....







**¶ Pamphili saxi Poetæ lepidissimi.**

**Epigrammatum. Libri quattuor.**

**Distichorum. Libri Duo.**

**De Bello Gallico.**

**De laudibus Veronæ.**

**Elegiarum liber unus.**

**¶ Cum privilegio. Impressi.**



0w 30 200  
H\* 12300

¶ Ioannes Taberius Brixianus Helia Capreolo suo. Sal.

Omerum totius philologiae principem: quē Plato diuinissimū appellat: antiquitas oīs merito uenerata est: non solum quod in magnis rebus sublimitate: in puis proprietate: copia: & breuitate oēs atēcesserit: Sed lōge maior creuit admiratio: q̄ pulcherrima illa carmina: extemporanea celeritate: quasi deo plenus ex adyto proferebat. Pindarus etiā torrentis instar exundasse ad lyram traditur: Quorum utrūq; Magnus Alexander etiā inter bellorum strepitus tāti fecit: ut aureum illud gemmatū q; Darii scrinium homerico poemati dedicaret: Et Thebas diruens Pindari posteris parci iusserit. De nostris uero Lucillum repētina hāc promptitudo nobilitauit. Papinius quoq; subito impetu dictasse uersus plurimos gloriatur. Nunq̄ syderum uigor elanguit: nunq̄ coelum consenuit. Vno auulso: non deficit alter. Et ut ceteros omittam: uidit aetas nostra tria sapiētiā lumina: Picum: Hermolaum: & Policianum: litterarū triumuiros: quos Deus ueluti Soles: terris ostentauit: & rapuit. Ecce interim lucem suā fundit: succeditq; studio infatigabili Pamphilus Saxus omni fere scientiarum numero cumulatus: Mathematicas ac utrāq; philosophiam: Dialecticē: & oratoriam sic amplexus: ut acumine disserendi: & eloquendi puritate: tum enthymematis & aceruis chryssippeis multos conuentus nō aliter obstupescerit: q̄ Carneades olim: quo argumentante uerum a falso non discernebat Cato. Fulgurat enim sermone prarapido: oblectat: Capit: tenet: soluit. Sed quoniā philosophia ueritatem quæritat: & theologia inuenit: quū sit in Pamphilo uiuacissimæ memoriæ promptuariū: libros in

1209286 (N)

Jnc. 57

super theologicos quasi dixerim belluatur ita: ut nunq̄ ex-  
 pectoret. Quum uero libet altiora studia certis horis inter  
 mittere: Musas prouocat: Epico: lyricis: elegis: aut argutori  
 bus epigrāmatis ludit: acuta oīa: figurata: & exp̄ssa: mira sua  
 uitas: melliti sales. Nihil impudicum: nihil ineptū: nihil stri-  
 gosum: & (quod peculiare hoc auro arbitror) incredibili di-  
 ctat uelocitate. Quod ne quis uanū putet: ut sunt mali ho-  
 mines: etiā increduli: Id saepe alias plurimi uiderunt: Tuq; in  
 primis Helia Capreole φιλαληθεσ τατος: doctrinā &  
 probitatis exemplar temporibus nostris p̄ ingenio tali gra-  
 tulatus es: quum apud nos pridem coenarem: essetq; una  
 etiam Pylades noster p̄clarus uates: necnon utriusq; littera-  
 turā uir consultissimus: ac doctis sermonibus cōuiuium tra-  
 heretur: iamq; bellaria afferebantur: quum ecce tibi Pamphi-  
 lus ad lyram. Tum uero in numerū faunosq; ferasq; uideres  
 Ludere: tum rigidas motare cacumina quercus. Materiā no-  
 sti. Brixiam suo: idest schedico cantu laudabat omniferam:  
 Hic tu in primis patriā laudis studiosus iam statim cohor-  
 tabaris: ut carmen emitteret. Ille qui non hoc facit ostenta-  
 tione: sed uel animi relaxatione: uel amicorū obsequio: pau-  
 lisper hāsit: annuenti tamen similis. Nos de symposio abeū-  
 tem græco elogio prosequēbamur.

εγκυκλιασ σοφινσ λαμπροσ στομαφωστε πι-  
 λασγωρ

παμφιλεπιστημησ κυδοσ εραυσοριδαισ  
 βριξια προσκυρει βλεποσ αττικορ αυταρεγωσε  
 ωσ κυκρορ θαμβωκισσα μελισδομερορ.

Postridie amicis idem efflagitātibus: opus multiforme ī ua

ria dissectum membra collegit: inclytoq; Meccœnati suo de  
dicatum: impressoribus tradidit. Tu uero interea in lunatē  
sem præturam expectatissimus successisti: quo nos tibi pro  
pe diem nouitios libellos mittemus: in quibus a litigiorum  
cognitione possis interdum requiescere: eosq; legens hono  
rario iure decernere: non usq; adeo uerum esse: quod Apu  
leius astruxerit. Nihil esse omnium quod habeat & laudem  
diligentiæ suæ simul: & gratiam celeritatis. Ama nos: & Va  
le. Brixia. idibus Iunii. M. ID.

¶ Domino Deoq; suo Sigismondo Gonziaco. Pamphi-  
lus Saxus. Sal.

On libellum hunc epigramaton tibi magnificentis-  
sime Princeps Sigismonde Gonziace dicaui: ut te  
laudibus: qui laudatissimus es: honestarem: famam:  
aut gloriam tibi impartirer: qui & famæ faues: & gloriam  
gloriæ reddis: sed ut foelici: faustoq; nominis tui auspi-  
cio uerbis meis uitâ elargirer. Nec inconsulto: cumulatissi-  
ma nanque: multiformiq; uita uiuus: bonis artibus: optimis  
moribus: honestissima uoluptate: occupasti munificentia:  
aditus: & penetralia: Liberalitatis ararium: pietatis recessus:  
religionis mysteria: & oraculum: calore: luce: motu: humanū  
genus humani generis delitiæ foues: uris amore: amabilis:  
hic calor: illuminas sapientia: clarissima hæc lux: agis spiritus:  
Vegetus hic motus: si te solum respicis: unus es: qui tibi soli  
sufficis: & te uno solus es: si principes alios: sic multi sunt:  
ut te: qui non numerosus: aut multus es: numerum: multitu-  
dinēq; fortiantur: indies uberiori foetura uirtutes gignis: ge-  
nitas alis: sine quibus frigida oscitatio: & graue ueternum  
uana mortalitas est: cū tu ergo ueræ uitæ uiuus: & uerus sis-  
sors legitimo uirtutū ptu: quibus solis uita hæc: & melior  
debetur. Si perpetuitatis decus anxie implorans tuū ad præ-  
sidium curro: non insolentiæ lapsu: non dementiæ lubricis  
ruo gressibus: Dædalus nō Icarus sum: At dices fortasse: da-  
bo ne ego tenuissimis lusibus tuis: & nugis æternitatē: nec  
lumen meum: nec numen capient: uis foetum femori in suam  
moneat te Semeles temeritas: an ignoras solem splendore ni-  
mio mortalium oculos hebetiores reddere: reddit: fateor:  
si firmo nimis: & obstinato obtutu sydus illud sūme micās  
aspexerit: si leuiter: si tenere: nō noctuinos: sed lynceos effu-

cit eadē: quæ nobis se nimis insinuās: flamma temperaturam  
sensus dissipat æquabili interuallo: firmat: auget: roborat:  
uiuēt Hercules: uiuēt te dante uitam: non consumatissimā  
illam & beatam: qua tu dies supergrediēs auum numine a-  
gis sempiternum. Sed quæ angustis coagmentata limitibus  
compressa: nō depressa sese immortalē sub mortali facie o-  
stendit: Te duce: & auspice puticatū: castigatūq; opus abū-  
de lector credet: magnum amplum: & eruditum: nec immeri-  
to: quicquid enim maiestati: & amplitudini tuæ dicatū est:  
immensum: castigatum: nec angustius clauditur: nec extremā  
manum lambente calamo salutatricem expectat. Vale.

¶ Pamphili Saxi Mutinensis: poeta lepidissimi. Ad Illustrē  
Sigismundum Gonziachum. Epigrammaton:  
¶ Liber Primus.

Os tibi nō lusus: nō hæc tibi scripta dicauī  
Oblita uis sacris Bellerophontis aquis  
h Vt phaethōtæo ferrem sup æthera curru:  
Sydera qui pprio. clarus honore petis.  
Nam tibi q̄ laudes claræ q̄ nomina famæ  
Vult dare: phoebeis uult dare lumen eq̄s

Nil dat: qui non dat: deceant quæ munera: uoce  
Quiq; probat parua maxima gesta: tacet  
Sed ne liuor edax. morsu non lecta canino  
Vulcani flammis dilaceranda daret:  
Gonziaci quum turba Numæ uenerabile nomen  
Et sanctum prima sedula fronte leget.  
Numine plena tuo. totum leget anxia librum  
Magna putans: magnum quæ fouet auspicium:  
Auspice te uiuent uel carmina nostra: legentur  
Vel saltem: egregium munus utrunq; tuum est.

¶ Eidem Domino Deoq; nostro.

¶ Magnanimo qui dat regi uel rura uel aurum  
Argentum. mensas. coccina. uasa. domos  
Dat cupidi Curio Crassi. paruoq; potenti  
Munera. Fabricio perniciofa Midæ:  
Non aurum cupiunt pulchræ sed laudis honores  
Et decus & clari nomina clara duces



**C**Liber Primus.

Carmina qui regi regum fert munera: uitam  
Carmine post uitæ tempora Cæsar habet:  
Carmine defunctus iam pridem uiuit Achilles:  
Semper & Alcides carmine uiuus erit  
Dices forte tuum carmen non uiuet. at illud  
Viueret ut feci. sit uoluisse satis:

**C**Eidem.

**C**Flagitat auspicio uestri qui uiuere regis  
Lucida Gonziaco castraq; sole sequi  
Mars dedit huic telum: geticis quo fulminat aruis  
Et quo centimani perculit ora Gygis:  
Aegida gorgoneum Pallas Bellona flagellum  
Et quodcumq; suo pectore robur habet:  
Quum madidis oleo certat labente palastris  
Deiicit herculea quælibet iste manu:  
Per uacuas ferrum tormento fortius auras  
Torquet & inuicta grandia saxa manu:  
Agmina quum miscet bellum Letale furentes  
Intrepidus turmas agmen & omne trahit  
Ascendit muros rabies quum sauit in urbes  
Bellica: nec flammæ duraq; tella timet:  
Vno sit quantus tandem tibi carmine dicam  
Nomen Alexandri numen & iste gerit:

**C**Eidem.

**C**Per inga Currentem dominum lacerare cruentis

**C**Liber Pristus.

Dentibus horrendi qui potuere Canes.  
Non me Cadmeis genuerunt rupibus acri  
Semine nec iuuenem qui rapuere Thrasum:  
Quiq; Linū cællas nec qua fert Caucasus arces  
Me tulit indomito iuncta Lycisca lupo:  
Sed Canis Erigones Cephalī sed dēte minaces  
Dente neco celeres & celer ipse feras:  
Venator nemorum noscit me quisq; Catulli  
Sum placidus dominis. sum truculentus apris  
Nec peto p̄ meritis Phoebo me iungere Solis  
Sat sub Gonziaci Lumine clarus ero:

**C**Eidem.

**C**Albo candidior Canis ligustro  
Argento. niue lilio. colostro  
Ad te ducitur iste qui molossis  
Et si non genitus fuit sub antris  
Cællis rupibus. aut. quibus typhœus  
Pressus nimbifona fuit sagitta  
Vt dicunt merito sacri poetæ  
Phrīxi qua tumidum fluit uel æquor  
Aut spartæ salebris libidinosa:  
Laudandus magis ac magis probandus  
Cunctis est Canibus tamen fugaces  
Nam Ceruos agitans. hirundininos  
Quis credet. superat fuga uolatus  
Et gortyniacas Leuis sagittas  
Et tigrim catulos suos petentem

CC Liber Primus.

Quos fert raptor equo celer uolanti:  
Non roris lachrymas quatit nitentes.  
Non herbas pedibus mouet tenellas:  
Vrſos dilacerat feros:luposq;  
Sæuus non Calydonis arua quondam  
Vaſtaſſet ſtimulis aper Dianæ  
Hoc uiſo Cane:cerne quatus aſtat  
Lato pectore.cruibus rotundis:  
Plenis faucibus.igneis ocellis:  
Calſo tergore.uentre non tumentis.  
Longis dentibus.& micante lingua.  
Rectis auribus.& rigente cauda  
Quem ſi tu capies uelut ſerena  
Regem fronte decet.uidebis illum  
Tigres ſternere.ſternere & Leones:  
Sub ui magnanimi ducis uel ille  
Cladem magnanimus petet ſerarum:

CEidem.

Quis negat imprudēs magnos tibi cadere reges  
Quos tulit Auſonii nobilis aula Remi:  
Quoſq; Therapnæis ſparte generauit in aruis  
Quoſq; Mycenæi regna ſuperba ſoli  
Fallitur & claros quum fert Venus aurea menſes  
Aſpicit ardentes non Phaethontis equos  
Diuitiis Cræſſi:fuluo ſic uteris auro  
Vt te Fabricium quilibet eſſe putet:  
Pascis.alis.donas.das.conſulis.erigis.auges.

**¶ Liber Primus**

Excipis. extollis. auxiliaris. amas:  
Ore decens. Cadmi quaterent quum moenia reges  
Qualis erat picto Parthenopaus equo:  
Viuis ut hippolytus: Martis præstantibus armis  
Cum ferus & ualeas bella cruenta sequi.  
Vestales sequeris flammæ: & sacra Diana  
Sint magis ut fratris nomina clara tui:  
Hic est uerus amor gemini sileantur Atridae  
Gnosiacæ. tangunt qui quoq; signa feræ  
Sic uincis reges: maior sic Cæsare Cæsar  
Es: Numam sic sancto sanctior atq; Numa  
Namq; Numa fieri patitur qui Cæsar: habetur  
Cæsare nobilior. nobiliorq; Numa.

**¶ Bassano.**

¶ Si Bassane potes bimaris super alta Corinthi  
Saxa uolans celeri quum petis ire pede.  
Et iuga cæruleis ad quæ trinita colubris  
Fœcundo genitrix sanguine missit equum.  
Noscere tergemini Iouis & tria numina summis  
Cur nitet Arctophylax & Cynolura polis:  
Si radio cælsi spacium metiris olympi  
Si numeri legem ponderis atq; tenes.  
Fortunæq; notas uarii discrimina cursus  
Aspiciens oculos. aspiciensq; manus  
Sub speculo uentura uides. sub nube. sub ære  
Et phlegethontæa de styge monstra trahis:  
Aut tibi se totum pulcher concessit Apollo  
Aut hæc quæ magnum est alter Apollo facis

¶ Liber. primus.

¶ Ad Thaida.

¶ Quum uenit ad nostros Thais formosa penate s  
Phoebeis clara est tota domus radiis.

¶ Quum linquit nostros Thais formosa penates  
Nocturnis fusca est tota domus tenebris.

¶ Eidem.

¶ Thaidá quū uideo formosa frigida sum hix.

*Fusca domo* Quum procul est: totum me tenet ignis edax  
Res mira est igni uicinus frigore cogor.

¶ Quum pcul est ignis: totus ab igne premor.

¶ In ligistum.

¶ Inter si ueros tibi quis numeretur amicos  
Scire cupis monitis crede ligiste meis :

¶ Non illum poscas clare quod laudis honores

¶ Det tibi: quod famæ cedat ubiq; tuæ.

¶ Quilibet hoc faceret. claræ nunc gloria laudis

¶ Nil ualet. est clari nullus honoris honor

¶ Non q; te spernant fratres spernantq; parentes

¶ Non fratrem nostro tempore frater amat

¶ Non natus patrem. non quod tibi foedera lecti

¶ Præbeat uxoris gratia nulla uiro est.

¶ Sed dic de plena sextantem tradat ut arca

¶ Vnam de multis uestibus atq; togam:

¶ Hac tibi qui dederit uerum laudabis amicum

¶ Nil nisi diuitias nunc quia mundus amat

**C**Liber Primus

**C**Deflet Catellam

**C**Hoc sub marmore candido Viator  
Pictum nobile Syrii refulget  
Quo sydus nitidi iacet Catella:  
Cur stet sub tumulo petis superbo  
Quem uix magnanimi duces merentur.  
Quos claros patriæ facit triumphos?  
Hoc uirtus iubet. hoc iubent beati  
Mores. nam fuerat benigna mitis:  
Clamens candida. delicata: rectis )  
Quis credet )pedibus gradum mouebat:  
Saltabat modulos lyre sonantis  
Ad dulces: modulis lyre canebat:  
Seruabat domino dapes paratas:  
Affectus animi premens malignos  
Non norat Veneris scelus petulcum  
Congressus fugiens libidinosos:  
Simplex casta. pudica. munda. uirgo:  
Latrabat pia. dulciter querelas  
Tollebat lachrymans pius. ac ora  
Reddebat facili serena risu:  
Argentum. uiolas ebur ligustra  
Vincebat niueo colore. murem  
Hanc ut quilibet alpium putaret:  
Per thermas. fora porticus theatra  
Syluas iugera. montiumq; semper  
Tendebat salebrofa. saxa mecum.  
Mecum pectore sautio dolebat

¶ Liber Primus.

Mecum flebat amara. mecum amabat  
Gaudebat petulans iocansq; mecum:  
Mecum deniq; stabat & sedebat:  
Carpebat placidam toro quietem:  
Quo fuluo tumulum meretur auro.  
Ne dum marmore traditur superbi  
Si clarus meritis honor sepulchri.

¶ Carpit simulatos amicos:

Quū mea mygdonio fulgebāt marmore tecta:  
Munera quum cereris iugera culta dabant  
Cæcuba Campano fundebat nectare cella  
Pallados undabat totaq; rore domus:  
Indus Erythræa gemmas mittebat ab alga  
Mittebant teneros Lesbica regna mares  
Et mirrhæ lachrymas & oleam semp amomum.  
Semper & aurato murice cinctus eram  
Quisq; meus fieri ciuis cupiebat amicus  
Ad mea tendebat limina turba frequens:  
Laudabar solus. solus celebrabar amabar.  
Egregio. solus nomine dignus eram.  
At quia mensa brevis nūc est mihi curta supellex  
Innumeri scindunt nec mea rura syri  
Me fugiunt omnes. amisso sordidus auro  
Pellitur amissa pauper amicitia.

¶ Liber Primus.

¶ Ridet ligysti incantamenta:

¶ Audite o socii ligystus ille  
Qui mores celebrat catonianos:  
Et cui candida ueritas in ore est  
Semper socratico: stygis tyranno  
Et nocti geminis prius iuencis  
Maectatis: lemures uocat laresq;  
Scyllas: eumenides: canemq; saeuum  
Qui latrat triplici triformis ore  
Diris uersibus improbis: malignis:  
Format sydere careas figuras  
Infausto: rapit ossa de sepulchris  
Et uestes laceras precatur: orat:  
Phoebum sollicitat: mouet sororem:  
Firmat flumina: rupibus sub ipsis  
Montes concutit arduos: feraq;  
Mulcet sanguineas: auesq; diras:  
Nuper quum niueæ ferum puellæ  
Cor uellet magica ferire tabe:  
Res mira & noua: calceos: coturnos  
Et lenam: & crepidas: & omne quicqd  
Partes corporis illius tegebat  
Conuertit: uarians: agens: lupinans:  
Mutans sedulus: ordinemq; rectum:  
Sed fors callida: iusta: liberalis  
Effectus tribuit pie decentes:  
Incantata fugit puella: spernit:  
Odit: negligit: increpat: laceffit:



**¶ Liber Primus.**

Dilectum iuuenem prius: sibiq;  
Iucundum satis: o sophos beatum;  
O quanta est magicis uiris potestas  
Si mutat Veneris pios amores  
In sauas odii faces cruenti  
Ac duri: obtinet & nihil quod optat:

**¶ De rosa ad Bassanum casertam laudensem.**  
**¶** Non mihi te biferi misere rosaria passi  
Non nitreus gelidis quæ rigat arnus aquis  
Non quæ lagæo memphiticus arua ligone  
Rusticus undanti flumine lata fodit.  
Nam tibi tam pulchrum tellus dare nulla colorē  
Posset: agunt tales iugera nulla rosas.  
Clausa latens niueo domina sed pectore nostræ  
Delitiosa meos nunc petis ipsa sintus  
Est tibi dulcis odor: color est ruber: aureus: ore  
Qualis & auroræ quum micat ante diem.  
Pulchra Venus pulchro te sanguine tixit Adonis  
Quum pius est sæuo dilaceratus apro.  
Electrum: casiam: narcissum: cinnama: nardum  
Thura: thymum: uioles: & meliloton oles.  
Apta Iouis fertis Veneris dilecta coronis.  
Nec mirum: tetigit te quia diua manus.

**¶ Benedicto lacioso eruditissimo.**

**¶ Si deus est simplex immobilis: arte moueri  
Dic qua componi uel ratione potest**

**C** Liber Primus.

Si pater est: natum genuit: quo semine: semp  
Dic mihi principium qui fuit ante capit?  
Et sociat nobis si non sotiabilis est: se  
Qualiter an fieri quod nequit ille facit?  
Fit gravis & gelidus quum uertitur ignis i undā  
Est aqua nam calidus qui fuit ante focus.  
Muratum forsan dices: non ille fuisset  
Qui fait: assumpsit uel sibi forte uirum:  
Summere non fieri non iungere dicitur: ille  
Qui sumit non fit: iungere non facere est:  
Marmora si iungis ligno: non marmora lignum  
Sed lignum lignum: marmora marmor erunt.  
In cruce sublatus moritur quis? non deus: ille  
Nam se non potuit supposuisse neci:  
Mortuus est si uir: non nos deus ergo redemit:  
Sed genus humanum de Styge traxit homo.

**C** Iacobo Maffeo.

**C** Te mihi dilectam piscoli gurgitis arcem:  
Pilea quum populum synthesis atq; decent  
Quū iuuenes sumptis celebrāt spectacula latuis  
Nunc satyri facie nunc bouis ore trucidis.  
Semiuiriq; greges Turritæ cymbala matris  
Manades & quatiunt tympana ratica petam:  
Non ut lactentis pectusq; caputq; iuueni  
Impubisq; uorem tergora tosta suis.  
Non ut me turdo pingui uel turture pascas.  
Aut mihi desibyes: aut mihi cortis aues.

¶ Liber Primus.

Dulciter ut ualeam: sed te sentire loquentem.

Dulciter & uerbis reddere uerba tuis.

Et digiti digitos: & brachia brachia stringant.

Et tua iungantur pectora saepe meis.

Deniq; quod totus totum te tangere possim

Sentiat ut membrum gaudia quodq; meum:

Hæ mihi sunt epulæ dulces: hæc prandia lauta.

Pocula sunt grati nectaris: ista mihi.

Nobilior quanto est omni mens corpore: tanto

Est sua corporeis gratior esca cibus.

¶ Ad magnificum Onophrium aduocatū.

¶ Quisq; sibi princeps aurum nūc seruat auarus:

Peruigil ut quondam lucida poma draco.

Non curat fasces: non laureaserta: decusq;

Militiæ: probitas: arma: fidesq; iacent.

Nulla triumphali uictoria pingitur arcu.

Nulla triumphales gloria ducit equos.

In ferras clypeos: in sarcula decoquit enses.

In caua loricas dolia quisq; faber:

Otia segnities & habendi cæca cupido

Virtutum laudes præmia clara fugant.

¶ Quo precor ut superi tanto pro crimine nostris

Dent ducibus crassi munera: dentq; Midæ.

¶ Admiratur ingenium Andreæ mætegnæ pictoris eximii

¶ Arte nouus mira uiuam me pinxit Apelles

Aspice diuinum Pygmalionis opus.

¶ Igneus excelsis in me si spiritus astris

Descendat: natum uirgo iterum pariam:

**C**Liber Primus.

**C**Antonio maio presbytero eruditissimo

**C**Antoni latia Cultor celebrande mineræ

Cui dea pierio de grege prima fauet:

Cui lyra pipleis Venerabilis exit ab antrise

Sacraq; cirrheo flumina fonte madent:

Diuide grande sophos miracula detege rerum

Naturæ causas fataq; solue Deum:

Incipe: florebit campus: si semina sparges:

Maturas segetes dat bene Cultus ager

Balsama si sparges: nascentur balsama: si tus

Tura dabo: sic uir non ero: diuus ero.

**C**Magnifico Victori Martinengo.

**C**Nosceret auspicii Venetus si iura senatus

Quicquid & inuictæ foedera sortis agunt.

Inuictum ueluti patrio de more Camillum

Præposuit genti Romula Turba suæ:

Sic te præponet merito præstantibus armis:

Nam fortunatum nomen utrunq; tuum est:

Est tua gens Martis: tu Victor: prælia uincis:

Victoris quisquis spicula martis habet.

**C**Epitaphium Bassani:

**C**Bassanus iacet hic: quem si te fata tulissent

Ad iuga meccenas gorgonis alta duce:

Iugera post & oues cecinisses protinus: alter

Uersibus egregiis arma uirumq; maro.

¶ Liber Primus.

¶ Magnifico Onophrio Aduocato.

¶ Arguto laudes de te si carmine canto  
Argutum carmen desinit esse meum.  
Nec laudem laudes resonat: nam laudibus ipse  
Talibus & tantis sidera caesa petis.  
Sit nihil ut quicquid tribuant tibi dulcia famæ  
Scripta licet magnus scriberet ista Maro.  
Labitur ingenium: mens deficit: omnia solus  
Nominis egregii munera cum teneas.  
Egregium nomen tibi das: & munera laudum  
Extra te magni quod cupias nihil est.

¶ In Lucam Bonfium.

¶ Spicula Mars geticis linquens truculenta sub aruis:  
Quis tulit ad stygios oromedonta lacus  
Me petis ad ludos media quos notus harena  
Excitat hastatos quum uocat ore duces  
Ut pia congressi celebrent spectacula: strident  
Atque corymbiferi tinnula sinistra dei  
Fulua uel ut rapiant septenae praemia metae  
Aligeri pueris exagitantur equi  
Sed quem nec circi: nec spectant amphitheatri  
Inter se fortes currere septa duces  
Lancea nec quatitur: sonipes iacet: improba thracum  
Graduus positus & quatit arma iocis  
Hoc nihil est: sed quum poscam non tacta puellis  
Limina quas aponi circuit unda domos.  
Sub tua si sic me uenientem tecta uocabis  
Ieiunus linquam teque tuamque domum.

**¶ Liber Primus**

**Torcular:**

**¶** Bacca p̄mor dari sub p̄dere pressa trapeti  
Marmoreo. mecum dulcia uina fluunt.

**¶ Idem.**

**¶** His ego marmorei sub pondere p̄ssa trapeti  
Bacca premor: mecum dulcia musta fluunt.

**¶ Pro Rege Hispaniæ.**

**¶** Si domuit taurū: ceruā: stymphalidas: angues  
Alcydes: magni si tulit astra patris:  
Oraq; fœcundæ crescentia mortibus hydra:  
Subtraxit stygiū terruit atq; canem.  
Quid tum? fortis erat fatali numine: quisquis  
Si iubeat cœlum uincere uictor erit.  
Si domuit Gallos uictoricibus inclytus armis  
Cæsar & Aemathiam sanguine lauit humū:  
Quid tum? fortis erat Romano milite: longo  
Assueto populos uincere Marte truces.  
Sed tu nec cœlo pugnas rex inclyte forti  
Milite nec: sed quod tu facis. ipse facis:  
Et si uictrices etiam se Cæsare Cæsar  
Gestasset Laturus: Cæsar es ipse magis.  
Nam seruare quibus patriam sanctumq; senatū  
Debuit: in patriam ferreus arma tulit.  
Ast tu nec patrii uiolas pia fœdera regni:  
b

¶ Liber. primus.

In tua nec factus uiscera tela moues:  
Et si nec patrio dirus sua sanguine Cæsar  
Spicula tinxisset. Cæsar es ipse magis  
Nam. te non aurum. nec regni cæca cupido  
Sed pietas sancta religione mouet.  
Bella geris. non bella geris: gerit improbus ille  
Vt bellum moueat qui fera bella mouet.  
Qui ferit ut setiat: qui sanguine spargitur ut sit  
Sanguineus. cladem qui facit. ut faciat  
Sed tu bella moues. ut pacem rex pie condas  
Vt pacem condas. rex pie bella moues  
Et regis ipse regas ut tantum: munera spernens  
Aurea: sic solus qui regit. ille regit.

¶ De Domitio Calderino.

¶ Pulueris ut sacri uideas monumenta uiator  
Benaci assurgens quæ grauis. unda ferit.  
Siste gradum Domiti pueriles ista querelas  
Infantis primum sensit ab ore domus.  
Qui sacer arcano prompsit de pectore uatum  
Quicquid erat Phœbi Pallados & Genii.  
Egregium tibi Roma decus: discede uiator  
Luminibus debes sat ( mihi crede ) tuis.

¶ Ludouico Cendrata.

N ¶ Non habeo quàm numos. uasa aurea. mensas.  
Quas ornant gemmæ sub quibus albet ebur.

**C** Liber Primus.

Nec mea centenis insurgunt tecta colūnis  
Nec domus antiquis fulget imaginibus.  
Prædia nec grauidas Cereris mihi munus aristas  
Producunt uites nec mihi Bacche tuum:  
Nec meus est ostro sonipes nec splendidus auro:  
Nec nitet in digitis plurima gemma meis:  
Insanum me cerdo uocat. sutorq;. faberq;:  
Insanum diues qui caret ingenio.  
Accusat. mordet. lacerat. dānatq;. fugatq;  
Nec me Parnasus nec sua templa iuuant  
Nobilis est tantum diues magnusq;. potensq;  
Solus habet socios solus in urbe ualet.  
Laudatur. petitur. colitur. celebratur. amatur  
Est prætor solus est quoq;. solus eques.  
Sed meritis hominum si diuiderentur honores  
Insanum qui me. qui sine mente uocant  
Insanōs se se. se se sine mente uiderent  
Solus honor merito qui datur. ille datur:

**C** Blanco Comæ.

**C** Non auri pretium Tuscæ non serica gentis  
Quæq; gerit Calabria dona Galeus humo  
Non decus egregium formæ: non dulcia linguæ:  
Murmura: non phœbo. lumina clara magis  
Me tenuere diu sine coniuge: sæua Cynedum  
Hæc phrygium teneat: hæc quoq; uota Midam  
Sed facies ardens Veneris sub pectore casto  
Iuncta sed auricomæ Iulia Tyndaridi



¶ Liber Primus.

Hæc me causa diu fecit pater una puellam  
Legitimo nullam me sociare toro.  
Nō petit hæc q̄sq̄ fugit horrida bella tumultus  
Deq̄ suburrans Thaida fornicibus.

¶ Iacobo Maffeo qui candidus dicitur.

¶ Vis doceam uitæ lato te uiuere cursu  
Quemlibet. & niuea ducere sorte diem?  
Sit tibi paruus ager. qui fertilis atq̄ benignus.  
Te tamen exiguo munere paruus alat.  
Intret nulla domū coniunx: sed si tamen intret  
Nec sit pulchra nimis. docta nec illa nimis.  
Non agitet bacchus uigiles non somnia curæ  
Ebria non: sed sint sydera plena iocis.  
Crimina nō animum uexent. nō cæca uoluptas  
Non auidum miseri tristitia dona Midæ.  
Endromidem sūmas glaciē quū frigora cogūt:  
Syrus exiguam quum ferit arua togam  
Inuidiæ fugias stimulos: & clara potentum  
Limina: sic semper candide lætus eris.

¶ Ambrosio Taruisino.

Mirant Lachesis geminæ quoq̄ pulla sorores.  
Ducere non breuibus stamina posse colis  
Rumpere quæq̄ studet tenui de uellere fila  
Fila rigent. uano quæq̄ labore cadit.  
Accusant cœlum. superos. magnūq̄ tōnantem

*Aurea  
Poculum  
vita*

¶ Liber Primus.

Quod sua non seruent foedera lege noua  
Iuppiter est æquus: parca sunt numina: uestras  
Non mutant leges iura nec ulla nouant.  
Ambrosii manus est medici: qui pensa colosq;  
Vestraq; phoebea foedera rumpit ope.

¶ Iacobo Maffeo prætori Pischeriæ.

¶ Non q̄ sis prætor multi cui iusta dedere  
Pisciferæ pisces nomina lator aquæ.  
Sed q̄ prætorem prætor te fecerit ille  
Omnia qui iustæ foedere legis agit  
Prætorem magnæ fecit te maximus urbis  
Cum dixit Marcus candide prætor eris.  
Te minor ædilis. minor est te consul uterq;  
Muneribus tantis & tibi cædit eques.  
Tu uere es prætor. nummis nec stēmate factus  
Sed uirtute tua. sed pietate ducis.

Marco Antonio mauroceno prætore discedente.

¶ Cynthia cur tātū properas? cur plaustra Boote  
Tam celeri cursu perfide tarda moues?  
Hunc teneas mater docti te turba Catulli  
O ramus: sargant ne Phaethontis equi.  
Sic liceat mediæ te mergere fluctibus undæ  
Sic amet ætherei te soror alma Iouis.  
Nam cras heu patriæ uult moenia linquere nostræ.  
Marcus amor populi deliciaq; sui

**C Libe Primus!**

Memnonis auratis & tu pater optime testis  
Auroram teneas ne uolet ante diem:  
Ante diem miserum tristem quo tēdere quarit:  
Ad Venetos nostra Marcus ab urbe duces.  
Marce litant aræ: populus rogat atq; senatus.  
Ut superi noctem dent sibi perpetuam.  
**Q**uo maneat: nam te non discedente serenæ  
Nocte sub obscura tempora lucis erunt.

**C Petro Brauo de pratoris discessu.**

**C**Non teneas querulas uoces. ostende dolore  
Petre tuum. lachrymis spargere quemq; decet  
Heu sonat horrendū lachrymosis moesta q̄relis  
Vrbs tua: quæ læta læta sonabat io:  
Discedit Marcus: discedunt iura fidesq;  
Et patriæ splendor fama decusq; tuæ.  
Ploremus fas est iterum plorare iuuabit.  
Improba iam carmen noctua triste canit.  
Non roseus nobis det dulcia uina minister:  
Sed laletanos lusca puella cados:  
Tempora non cingant nardi de flore coronæ:  
Sed mala quas arbor dat Cyparisse tua:  
Sint pullæ uestes: sint omnia fletibus apta:  
Hunc notet infauftum plumbea gēma diem:  
**D**iscedit Marcus: lex mores: ciuibus ipso  
Vrbs tua discedit deniq; tota duce.

¶ Liber Primus.

¶ In malum poetam.

¶ Per fora clamoras exercent improba lites  
Causidici: Marsus concinit arma uirum.  
Euridicen media uates miserandus arena  
Carmine flet: Marsus concinit arma uirum:  
Flet sistrata bouem lachrymosis turba querelis  
Niliacum: Marsus concinit arma uirum.  
Cymbala rauca mouēt Cybel' q̄ tēpla frequētāt  
Qui bromii: Marsus concinit arma uirum.  
Clamorem ingeminant nati super ora parentis  
Extincti: Marsus concinit arma uirum.  
Concinit arma uirum sotiis natisq; patriq;  
Sibibit arma uirum. si cacat: arma uirum  
Scire cupis causam? didicit quod tēpore multo  
Hoc tantum perdat ne timet. arma uirum

¶ De Iulio Campagnola. *Cypharado*

Omne decus nostro quisq; sub tēpore quarit  
Cernere quod ueteres nobilitauit auos.  
Euganæ spectet niueum telluris alumnum  
Qui modo Veronæ recta laresq; colit.  
Ignoras quis sit? dicam tibi. Iulius ille est  
Ille sui natus maxima cura patris.  
Quum tentat citharæ uocales tangere neruos—  
Hunc super argutæ plurima pendet auis.  
Vrsa leona. lupus. tigris. basiliscus. icheumon  
Seque feræ mites carmine cuius agunt.  
Sabbata qui loquitur Solymis ut gētibus ortū

CC Liber Primus.

Iuret Idumæo quisquis ab orbe uenit:  
Cecropiis credat doctis & quisquis Athenis  
Theſeum docto quum ſonat ore ſephos.  
Qui modo caruleis piſces quos pinxit i undis  
Credidit in ueris ludere Glaucus aquis.  
Eſt ( ut forte putas ) longis hic debilis annis?  
Dulcia matris adhuc ubera paruus amat:  
Et nucibus celeriq; trocho per compita ludit;  
Et manibus faciles iactat ad aſtra pilas.  
Nô puer & puer eſt: dubitas? uis diſcere. quare  
Quod cantat ſcribit diſputat atq; legit.  
A patre doctus habet: teneris qđ ludit ab annis  
Deniq; ſe puer eſt uirq; ſenexq; patre.

CC Ad M. Rolandum Pallauicinum.

CC Sunt qui mirantur te mœnia condere Caſar  
Quorum marmoreus ſydera pulſet Apex  
Inſuper æthereum tibi conſtruxiſſe colloſſum  
Praxit elis doctas Mentoris atq; manus:  
Quod logicæ laq̄os & cæca ſophiſmata ſoluis:  
Quod rerum cauſas & ſua fata uides:  
Carmina q̄ uates dulci meditaris auena:  
Eloqui nectar q̄ Ciceronis amas:  
Hæc ego non miror: nam tu de Pallade natus  
Pallados ingenium Pallauicinus habes:

CC Ad eundem de arce maiore.  
Anlam qui dixit maiorem candide Caſar

¶ Liber Primus

Hanc arcem: uates maximus ille fuit.  
Nouerat arcanum pectus Iouis atq; deorum  
Et quodcūq; sacro sydus in orbe micat.  
Parua fuit quondam paruis circumdata muris  
Et tamen huic parua nomina magna dedit.  
Cur? quia nascentem Cæsar te clare uidebat  
Et regni fines amplificare tui.  
Perge igitur magno te magna uocabitur aula  
Magna tamen non te præside maior erit.

¶ Ad eundem.

¶ Montibus in mediis iter caua Iustra ferarum  
Quadrupedum duro uix adeunda pede  
Qua gelidus boreas anima quatit alta furenti  
Culmina: qua gelidum nix tegit alta solum:  
Cæsaris excelsi uenerabilis aula superbit  
Mentoris ut fama est nobilitata manu.  
Belliferato rigidi sunt cardine postes  
Belliferrata ianua clausa sera.  
Custodes aditus primo sub limine seruant:  
Armatae quatiunt tela cruenta manus.  
Loricæ. clypeos. enses. thoraca sagittas.  
Et quibus excutitur plumbea massa uides:  
Peruigil in summa liquidum ferit æthera turri  
Excubitor socios dum uocat arce suos.  
Si serpentiferi facerent fera bella gigantes  
In superos: Arcem Mars ferus hanc peteret.

¶ Liber. primus.

¶ Ludouico cendrata.

¶ Duxerunt alios ad me mea carmina. non te  
Ad te nãq; tuo nomine ductus eram.  
Pratorem uidi: uidi te numen habentem  
Te non pratorem uidimus ore suo.  
Inter tot facies te solum nostra uidebant  
Lumina: nam solus lumine clarus eras.  
Cum sol lumen agit non sydera clara uidentur  
Parua locum magnis lumina dant radiis

¶ Eidem.

¶ Quam pia dulcisono facundia pmitur ore:  
Quã bene cõpositos scit dare lingua sonos.  
Dum loqueris repunt scopuli syluaq; feræq;  
Garrula nec progne nec Philomena. canit.  
Aetherei; tacent sonitus & murmura ponti:  
Nec madidus largo sibilat ore notus  
Voce graui suauiq; sono lingua; benigna  
Non mortale sonans. q̃ uenerãdus homo es:

¶ De quadam uetula.

¶ Quas nõ pducũt formas? qđ sydera mõstrũ  
Non pariunt? quã nõ uim Iouis orbis habet?  
Quis negat ætheos flãmas ructare caminos?  
Quis Scyllam rabidos p mare ferre canes?  
Quis serpenterigeri crudelia lumina monstri?

¶ Liber Primus.

Cuius ad huc uisu corpora multa rigent:  
Credimus armatam furiis atq; igne Chymeram:  
Hydræ facundum credimus esse cap ut.  
Foemina Cumeæ superans nam longa Sibylæ  
Secula: legiferi tempore nata Numæ: <sup>anus</sup>  
Exanguis: moritura: cadens: sine uiribus ullis:  
Umbra uelut tenuis: & uelut aura leuis:  
Quæ rugosa suum bacculo uix firmat anile  
Corpus: pannosa quæ tumet atra cute.  
In media potuit bis ter concumbere nocte.  
Atq; puellares uincere docta iocos.  
Hæc si marmoreum tanget lasciuia priapum:  
Marmoreum tactus arriget ipse caput.  
Hanc licet Hippolytus fuluo sit pictus in auro:  
Dum uidet: ut futuat quærit habere locum.

¶ Blanco Comæ.

Cur nõ clarus eques? cur nõ mihi cõsul amicus?  
Cur nõn sit prætor causidicusq; rogas?  
Non facit hoc scabies: animi non liuor iniquus:  
Sed qm̄ miserum diues amare negat.  
Nec q̄ amem poscit: sed q̄ uenererq; Colamq;  
Et ueluti sacris dem pia thura focis:  
Ante suum curram gelidæ sub frigora brumæ.  
Fessus equum madido perloca plena luto:  
Qui uult ista pati: tales sibi quærat amicos  
Imperium fugio quos amo non ueneror



¶ Liber Primus.

¶ In Syluiam.

¶ Coeci Syluia caucasi latebris  
Antris uel rhodopes putat ninalis  
Natam te uidet esse qui superbam  
Ingratam. tumidam. feram. proteruam  
Zanclex genitam sinu Charybdis  
Nec non. uel scopulos rapacis inter  
Scyllæ quæ trahit improbis carinas  
Mergens fluctibus & sonante uento.  
Hoc cum candida cum uenusta tu sis  
Non te dicere candidam uenustam  
Permittit iuuenes. trucen ferarum  
Quo ponas animum rogat Venus te:  
Qui splendet maculis nitetq; signis  
Auratis coluber licet decorus  
Spectetur. truculentus ore nigro  
Quod sæuit. sine luridum decore  
Hunc ut nos fugimus: puella tristis  
Sit formosa licet: decora non est.

¶ Detestatur mulierosos iuuenes.

¶ Perdat fulmine Iuppiter trifulco  
Quis quis foemineas sequi cateruas  
¶ Optat peruigili miser labore  
Tendit rætia nanq; aranearum  
Sæuis tigribus horrido Leoni  
Et quarit glaciem super labantes

¶ Liber Primus.

Gressus figere lubricam. marisq;  
Infani manibus tenere fluctus  
Fallax. improba. sæua. tristis. amens  
Infirma. instabilis. procax. petulca  
Quæq; est foemina: quam libido caca  
Ut tactam stimulis agit iuuentam  
Oestrum concitat & mouet furore.  
Nec leges thalami sacras iugalis  
Nec curat patriæ decus uerendæ  
Dum uastum femur impleat priapo  
Procero. rigido. salace. duro  
Arridet tibi: quum parat uenenum  
Immites gladios feras bipennes  
Tigrem quam placidam putat magister  
Perfossus rabidam uidet feramq;  
Ut semper rabiem Lupus Lupinam  
Immitis redolet. maligna semper  
Mores foemina foeminæ malignos.

¶ Votum soluit Veneri.

¶ O quæ diua regis gnidum paphumq;  
Neptuni gremio Venus creata :  
Quam circum iocus & tener Cupido  
Exultant hilari procacitate.  
O quam sicaniæ eryx per urbes  
Extollit. celebrat. probat. colitq;  
Adsis tempora myrteis corollis  
Gestans cincta faces quibus medullas

¶ Libe Primus:

Exuris iuuenum pie tenellas.  
Fulvæ fortia cuspidisq; tela  
Quæ coeli penetrant fores profundi.  
Quæ nigras stygis horridæ palludes.  
Quæ sævas tumidi maris procellas  
Hoc scit maximus ille rex deorum  
Qui fluxit Danaes sinus in aurum  
Ignis. taurus. avis. puella. serpens  
Factus uulnere qui tuæ sagittæ est:  
Nec non qui freta cæculus tridente  
Cogit gorgoneo deus Calore  
Ardens. crura. pedes. caput. iubaq;  
Acris sumpsit equi: louis paterq;  
Et natam Cereris stygis tyrannus  
Sub cecos rapuit lares auerni:  
Adsis. nam tibi spargimus marathra  
Narcisum. uiolas: crocum. papauer:  
Electrum: casiam: thymum: lygustra.  
Et quæ thura solum gerit sabaum.  
Et mirrhæ lachrymas libidinosæ:  
Adsis te precor o Venus decora.  
Iam laudes resonat tuas sacerdos.  
Aris assirium tuis amomum  
Ardet iam crepitantibus fauillis.  
Adsis uota tui tholo sacelli  
Soluentes pia figimus tabellam:  
Quæ dudum fuerat mihi puella  
Duro marmore durior. lupisq;  
Sæuis Sæuior: & Leone diro:

**C**Liber Primitus

Est clæmens facilis benigna mitis  
Ridet blandula:bellule iocatur  
Reddit basia dulcibus Labellis  
Pressis dentibus & micante Lingua:  
Quod si nectaris imbuet liquore  
Grato Syluia me tui.uidebis  
Ad templum tibi ferre me dicatum  
Munus nobilius magisq; clarum.  
Magni munera ponderis capit qui  
Magnum reddere munus ille debet.

**C**Extinctæ aîæ spetiē præbuisse amicæ iputat

**C**Vox cecidit si forte mihi:si faucibus hæres  
Non dedit appositos frigida lingua sonos.  
Desine mirari dominæ sub pectora nostræ  
Cor uolitans uolitans fugerat:atq; anima  
Vox animæ uentus nihil est nisi:uerba calore  
Aera robusti cordis agunt tenuem  
Mirari potius debuit q̃ Verbula fudi  
Nā mirum est.quotiēs mortua res loquitur.

**C**Nō sedētariam pacem sed uegetum bellum  
inuictum probare ducem monet.

**C**Dux Venetū forti rursus dedit aurea turco  
Sceptra quibus getici temperat arma Dei  
Pallados & tumidas componit strenuus iras  
Quum fera gorgoneum cōcutit ense caput

CC Liber Primus.

Noscit enim fauos nō uincere posse Tyrānos  
Innumeros solum nec superasse duces  
Hoc nisi rege potens gallos sic Roma rebelles  
Depulit: & uictrix perdita regna tulit:  
Dimissum reuocans ad martia signa Camillum  
Denotat inuictum flebilis ore ducem.

CLeonem feras alias paruipendere.  
CQuid cristatus agit sinuosa uolūina serpēs?  
Sibilat. & fauo cur lupā dente fremit?  
Lustra feræ subeant omnes: Leo nam ferus ille  
Qui maris & terræ regna superba tenet  
Ore uomit flammās: & acuto fulminat ungue:  
Ferreā letali spicula dente secat  
Adde quod & solem stabili sibi fœdere iunxit  
Cuius luce nitens lumina quæq; fugat:  
Oppositos stringens oculos inimicæq; regnis  
Obscurans radii regnā calore sui  
Sed quid plura? fero uirtus sub dente leonis  
Quæq; cadit: solis quum micat igne sui.

CEpitaphium Bassani.

CLegitimum tumulo Bassani scribere carmen  
Qui cupis. hoc tantum scribe. poeta iacet.  
CEiusdem.

CQuid titulos q̄ris? satis ē tibi dicere. corpus  
Hic bassanus habet: cætera fama dabit.

**C** Liber Primus

**C** Eiusdem.

**C** Matta pyramidē: pario quid marmore condis?  
Bassanum capiat maximus ut Tumulus:  
Pyramidē perdis: perdis quoq; marmora: Totus  
Bassani tumulo uix satis orbis erit.

**C** Eiusdem.

**C** Bassani Tumulum lauri redimite Poetæ  
Frondeb; & phœbo condite templa nouo:  
Est si nam phœbus sacer & Venerabilis: omnes  
Qui clausit musas pectore: phœbus erat.

Ad grites Romanos de uirtute reduce rediuiuaq;

**C** Inclyta nascetur uirtus: gaudete quirites.  
Militiæ redunt signa decusq; nouæ.  
Qui modo marcebat uino: qui Thaida demens  
Nunc olidam princeps nunc rapiebat Hylam:  
Martis amore furens clareq; & laudis honore  
Strenuus ardentem ducit ad arma uiros.  
Ocia segnicem pariunt: gelidumq; Timorem.  
Ingenii robur: corporis atq; labor.

**C** Auspicius Venetorū Imperiū Romano nasci asserit

**C** Nascitur Imperium Romæ: non uiribus impar:  
Ilia quod sacros non tulit ante focos:

**¶ Liber. primus.**

**Q**uod non pastores: uallis atq; agerē cingunt:  
Marmore sed Veneti legibus atq; patres:  
Tyburis arx: tellus campana: Neapolis: anxur:  
Ardea sub marci numine tutā sedet  
Anguigeriq; duces solus fugat agmina Marcus  
Barbara: gallorum deprimat atq; minas:  
Nobilior Roma: Roma est quæ nascitur: anco  
Principe: non regnum. Cæsare sed capiens.

**¶ In Galum.**

**¶ Forte putas multas nimium satiare puellas.**  
Vxores satiat solus ut ille suas:  
Sed te met fallis: multis gllina maritis  
Est satis hæc multos unceret una uiros:  
Vxorem galli qui ducis nomine galle  
Cristati: cybeles deniq; gallus eris.

**¶ In Gallum.**

**¶ Quod tecum posito lusit uenus aurea casto:**  
Blandus & arrisit q; tibi galle iocus:  
Obtulit & uultu se se tibi forma sereno:  
Et decor: & fulais gratia quæq; comis  
Ponere iussisti longos e uertice crines:  
Quos tibi sydereos cebalis ora mares.  
Quos mitylenæo misit de littore lesbos:  
Venit & ad thalamos nupta puella tuos:  
Iam iam pro cunctis tibi cunnus amicus amicis  
Gratus & unus erit: charus & unus erit.  
Pignus amicitia reddas mihi: non es amicus

**C** Liber Primus

Nam quia non tuus es: non potes esse meus.

**C** In eundem.

**C** Nominibus dant res uires: non nomina rebus

Res sunt: res: nomen: nil nisi nomen habet.

Auri si nomen ferro dabis: haud tamen auri

Splendorem ferri lamina caeca dabit:

Nomine sub galli duxisti galle puellam

Quæ Veneris magnum pectore robur habet.

**C** Lodouico Cendrata.

**C** Igneus ardetes qui syrius urit aristas:

Quæq; Cleoneæ torrida signa feræ:

Flamiferæq; faces: quas per feruentibus efflant

Naribus ætherei sydera quadrupedes:

Ambustæq; & sole uia: uelut improbus olim

Quum puer optatos non bene rexit equos

Non prohibet doctum dulces haurire liquores

Te: neq; Coecropiis summere nectar apis.

Non calor exsiccat nitidas crinita Colubris

Fœmina quas sparso sanguine fecit aquas:

Decrescunt nunquam largæ permesidos undæ:

Semper habent riui flumina Pierii.

Si tamen: ut scribas prohibet tibi Iulius ardens

Frigida sit glacies: sit mihi semper hyems.

**C** Idem.

**C** Quod te Castalidas calor sorores:

Diuinum Ciceronis atq; fontem.



¶ Liber Primus:

Cogit linguere feruidi leonis  
Aestas spicea : Iuliusq; feruens:  
Igniti radii : facelq; saua:  
Et currus phaethontis impudici:  
Vellem tartareo suum tyranno  
Lumen perpetuis darent diebus:  
Odi te nitidam taceate lucem.

¶ Petro Brano.

¶ Quidam me lacerat loquax caninis  
Sæuo dentibus ore circulator  
Inter non homines probos pudicos:  
Illum nam fugiunt uiri seueri:  
Molles sed pathicos: adulterosq;:  
Lenones: lanios: coquos: petauros:  
Et quos coenula lassat inquietos  
Viles cistiferos: rudes ministros:  
Hunc si noscere uis tenebrionem:  
Nares simæ habet: & capellæ ocellos:  
Collum uulturis: & caput leonis:  
Ingentes asini genas & aures:  
Cui cædit crocodillus ore lato:  
Quo stridens melius cicada cantat:  
Et cœno genitus culex Rauennæ:  
Quem tantum duo per forum clientes  
Quos tristis cruciat fames sequuntur:  
Quem uos o socii fori uocatis.  
Picam nomine: garrulumq; coruum:

**C**Liber Primus.

Hanc uerbis moneas tuis rogamus  
Ne bilem moueat fero leoni  
Illum ne ueluti ferox a sellum  
Perdam dentis aper mei furore.

**C**Iacobo. Maffeo.

**C**Herculeum superat læto qui sydere tybur:  
Et qui Baiani rura beata soli:  
Appula cui cadunt foelicibus otia campis:  
Et cui pampineis setia clara iugis:  
Circei colles: nutricis & æquora duxit  
Qui pius ad latias troica sacra domos:  
Bænaci nitidosq; lacus & flumina prætor  
Cærule nereidum poscere tecta paras.  
I precor: & tandem pallentes exue curas  
Fessus: & urbano subtrahe colla iugos:  
I precor: & populi linquens fora bela tumultus  
Tempora pacificæ læta quietis age.  
Quo mihi si licet niueis signare lapillis  
Te quæcunq; tuum nuncia fama diem  
Protinus accedam geminis ut dædalus alis  
Tristis eris: ualeas perdere nolo dies.

**C**De Togato doctore.

**C**Militis audiret quum tristia uerba togatus  
Doctor: & irati cerneret arma uiri:

**¶ Liber Primus.**

**C**adát arma togæ: nō noscens carmina : cadát  
Forte putans armis dicere uelle togæ:  
**C**assiti: & hoc quāuis fecit sine lege poetæ:  
Attamen arripuit non sine lege fugam.

**¶ In malum causidicum**

**¶** Non pudet infontem morsu te lædere uatē:  
Vipereo rauci garrula pica fori:  
Vendere qui tantum uiduis mendacia noscis  
Et dare plebeis uerbula falsa reis.  
**¶** Qui geminos toto defendis mense clientes:  
Quorum ieiuna squaler uterq; fame.  
**¶** Qui meretricis agis causam quam luridus ustor  
Vno sandapila comprimit asse sua.  
Litibus hos serua strepitus: hæc sibila: docti  
Non clypeis phœbi plūbea tela nocent.  
Extincti lacerent funus tua rostra tribullis  
Non uiui coruos scalpere membra licet.

**¶ Iacobo Maffeo:**

**¶** Fœlix quem tandem clamosæ iurgia plebis:  
Vrbis & imperium linquere fata iubent.  
**¶** Tandem te poteris longa satiare quiete:  
Nec rumpet somnos garrula turba tuos.  
**¶** Non faber in lacubus feruens dum lamina stridet:  
Ictibus & crebris ara repulsa sonant.  
**¶** Non pistor mediæ qui percutit hostia nocte

**C Liber Primus**

Vt capiat tabulas uir uel puer uel suas  
Orgia non Bacchi: flentis non sinistra Canopi  
Curua: Celeneæ rauca nec ara deæ  
Non fremitu circus populi: non uoce theatrum:  
Nulla taberna suis: nullaq; pila sonis:  
Gaudia quid differis? subito qui uiuere cœpit  
Bis uiuit: uita bis fruiturq; sua:

**C Petro Brauo**

**C** Munera dat lutor: tumidus dat mœra campo  
Laudibus & populi clarus uterq; nitet.  
Hos celebrant aula: fora: cœpita: littora: therma  
Hos sequitur tristi pallidus ore cliens.  
Quum dux laurigeros ducit de more triûphos  
Proximus est illi calceus: atq; cadus:  
Subula uult clarum uult ferrea sicca tropheum  
Dat populis leges qui fuit ante faber:  
Ante domum uolucrum diues sibi pinget arator  
Quæ gerit irato tela trifulca Iouis:  
Ingenuus pauper nunc est bis pauper: honore  
Nam caret: & late munere sortis inops.

**C Eidem**

**C** Cornibus insignis croceis: & ueste superbus  
Murice quam tinxit luxuriosa tyros:  
Frontis & auratæ referens lœus honorem  
Aequoris & terræ: qui loca cuncta docet

**C** Liber Primus.

Augurio missus lato: nam regna syenes  
Fenuida quærebam thetyos atq; caput:  
Ad nostras uenit siluas: ad iugera parui  
Ruris: ad incultæ rustica tecta casæ  
**Q**uam quum spectasset miserum me dicere caput:  
Sunt ubi nunc thalami Petre superbe tui?  
Limina mygdonio quæ marmore cædida fulgēt:  
Quæq; sub aurato ianua poste nitet.  
Atria centenis ubi sunt elata colūnis:  
Stragulaq; & picti sardonycata tori  
Tūc ego: quæ musæ celebrāt quæ pulcher apollo  
Te quoq; non pudeat tecta subire domus:  
Et me Petrus amat: Petri cum nomina sensit  
Admouit celeres in mea tecta pedes.  
O quam magna tui est reuerentia nominis: illud  
Si plusquā phœbi numina quisq; colit.

**C** Iacobo Maffeo de lygdo.

**C** Candide uis libyci defæuiat ira leonis:  
Et placidi timeant te lupus atq; bison:  
Vis te luminibus spectet basiliscus amicis:  
Et non sit sauo dente timendus aper.  
Vis fera lasciuis tigris sit mitior hædis:  
Mitior & blando torua leana cane  
Fac lygdi spectent oculos: & protinus omnes  
Deponent rabiem cædis & arma fera.

¶ Liber Primus.

¶ Marco æmilio equiti:

¶ Qui regit insubres lapidosaq; regna tridenti  
Teutonico cum sis casare factus eques:  
Fas sit & aurata puerum te cingere zona:  
Et textam Phruxi uellere ferre togam:  
Sedibus & primis sededas: quum iura senatus  
Dat populo: uel quum præbet harena iocos  
Moribus auratis te candide Marce decorum  
Esse decet: legum sanctaq; iura sequi:  
Sardonyces: aurû: torques: scythicosq; smaragdos  
Non est qui tantum corpore gestat: eques  
Nobilitas uera est animi præstantia: uires  
Arma: fides: pietas: mens proba: laudis amor  
Si nescis deceant equites quæ iura: parentis  
Et uitam & mores inspice Marce tui.

¶ Ioanni de miliis.

¶ Quod tua non deceant auratæ corda sagittæ  
Nec Veneris teneros zona recincta sinus:  
Orgia q; celebras arcanis conscia cistis:  
Pontificumq; sacras te licet esse dapes:  
Falleris: exigui duro qui uerbere saxi  
Hostem perdomuit captus amore fuit.  
Et qui uix Solymis gladio genitoris in aruis  
Occidit æthereo uictima grata Ioui  
Et quâuis phœbo Calcas seruiret amauit:

¶ Liber Primus.


Et senior cryses: tu quoq; sancte Numa:  
Ut generent homines deus & natura creauit  
Aethera: tellurem: uel uolumq; mare:  
Hinc qui sunt steriles merito nos spernimus agros:  
Et damus accensis arrida ligna focis.

¶ Hieronymo Campagnolæ

¶ Scripta q; Anchiali recitata dogmata gentis  
Quæq; legunt thebæ: gensq; deserta remi  
Non dm bis quinos superat qui mensibus annos  
Omnibus & binas implet olympiadas:  
Quem genuit mater te Campagnola parente  
Et legit: & scribit: corrigit atq; puer:  
Doctior & coo Venerem q; fingit Apelle:  
Clarius & claro mentore nomen habet:  
Mirantur multi: non est mirabile: cum tu  
Sis genitor: natus sit puer ille tuus:  
Omnes has niueo uirtutes pectore seruas:  
Sed claudis pueri uictus honore tui  
Hic amor: hæc pietas: hæc est reuerentia maior:  
Quam dare poscenti iugera: uasa: domos.  
Non cybeles pomum producit aquatica lotos:  
Nascitur egregio stirps generosa uiro.

¶ De Auaritia puellarum Urbis:

¶ Quisq; amat Venerem: Veneris cui grata libido est:  
Cuiq; placent Gnydii tela facesq; dei.



¶ Liber Primus

Delerat infesta celeri pede sedulus urbis  
Limina fastosos ambitiosa lares:  
Non amor est illic: sed lis: sed iurgia: sed quæ  
Humanum nexat pallida cura genus.  
Tristis auaritiæ rabies quæ colligit aurum  
Quærit & immodicas anxia semper opes:  
Quælibet in media munus petit urbe puella  
Aes amat: & gemmas: purpureamq; togam:  
Et si non mitram si non bombycina portas  
Te fugit: & flammæ ridet auara tuas.  
Ast hic per uiolas per florida iugera campi  
Simplicitas niueo currit amica pede.  
Syluia non aurum poscit. non sericas sed me:  
Illi ego sum fulgens diuitis unda Tagi  
Diuitiæ nobis sunt crassi basia: Cræsi  
Amplexus. Veneris dulcia furta Midæ.  
Te propter quæ te non diligit improba: non te  
Sed te quod propter diligit: illud amat.

¶ De Passere.

¶ Frigora quid faciunt boreali pressa tumultu:  
Quid glacies: nitidum quum tegit alta solum:  
Quid ieiuna fames: uacui quid corporis ardor:  
Et uacui longo tempore uentris amor:  
Non laqueis captus non aucupis arte magistri  
Siluestrem solitus passer habere domum  
Nomine sub proprio propria sub uoce rogatus  
Ad positam currit qua patet esca manum



¶ Liber Primus.

Grana sicut placido deducit condita rostro  
Et domini litiens mitis in ore bibit  
Stat: fugit: alta: petit: descendit ad ima proteruus  
Veste latens tenui murmure dulce canit  
Hunc si lasciuu uidisset amica Catulli  
Non defleuisset funera maesta sui.

¶ De Iulio pontano

¶ Optauit toto iam dudum pectore: uultus  
Fingeret ut docta Iulius arte meos  
Sed timui pictus uero ne uerior essem  
Falleret atque oculos ne mea forma meos.  
Picturam ne quisque meam sequeretur: amaret:  
Posceret: & corpus crederet esse meum.  
Et me picturam ueluti spectaret inanem  
Diceret o utinam posset & ista loqui.  
Non uolo picturam qui me facit esse magistrum  
Sed uolo picturam qui facit esse meam.

¶ De Eodem.

¶ Qui blandas potuit mortes: qui gaudia saeva  
Linguere consilii callidus arte suis  
Dulcia cantantes quae carmina saepe sorores  
Obuertunt captas sub freta nigra rates:  
Pontani citharae teneri si carmen Vlyxes  
Sensisset fidibus cum trahit arma suis.  
Quum scopulos & saxa mouet quum flumina sistit:

¶ Liber Primus

Vidisset nunq̄ coniugis ora sua.  
Vellet in æquoreas sed se cecidisse procellas  
Ob tam dulcifonæ dulcia fila Lyra.

¶ Iulio Campagnola

¶ Salve delitiæ iociq; in atris  
Iuli candide: corculum parentis:  
Iuli blandior omnibus petulcis:  
Iuli castior omnibus pudicis:  
Cui phœbus citharam dedit sono tam:  
Vatem Threicium Linumq; rursus  
Doctus Pieridum chorus uideret:  
Quo uel Delphica dona uel decorem  
Ferrent templa suum uagusq; Delphin:  
Essent quæ sequeretur ora: primis  
Annis qui rigidum grauis Catonem  
Aequas & curium seueritate:  
Blandas te rogo ser preces parenti:  
Blandas sentiat & preces eburna  
Gestat pro duce sceptra qui potente:  
Ut cæco iuuenem trahant barathr o:  
Nullo ctimine qui miser tenetur:  
Quod si tale tibi negare munus  
Iniusti poterunt: Lyra sonora  
Plectro fila mouens fores auerni  
Clauſas ante canas: uidebis illas  
Et rapta subito sera patere:  
Se se frangere uincula & sequi te:

¶ Liber Primus:

Custodesq; reos simulq; posses  
Vmbra nam stygijs uocare ab antris:

¶ Hieronymo Campagnola.

¶ Fata si ducunt homines sub orbe:  
Tollitur quisquis superas ad auras:  
Cogitur certo ordine si caducam  
Ducere uitam.

Si suo scripsit genitor deorum  
Anteq̄ primus traheretur annus:  
Quæ iubens semper fieri uolebat  
Cuncta Libello:

Hinc feræ cedes: rapidi tumultus  
Bella fraternis uiolenta telis:  
Hinc Numæ numen: Marii: Neronis  
Hinc fera corda.

¶ Cæsaris laudes: decus: & triumphus:  
Clara uictoris probitas Camilli:  
Strenui multo fabii probata  
Hinc mora uersu.

Si quis iratus ferit ense fratrem:  
Siquis in fontem socium ueneno  
Perdit: hoc cœlum peperit proteruum  
Non scelus ille:

Occidunt cœli: rapiunt: mirantur  
Sæuiunt: stuprant: spoliant: trahuntq;  
Sunt feri: tristes: miseri: prophani  
Sunt & auari:

**¶ Liber Prithus**

Quod iubent ipsi: fieri necesse est:  
Ergo duc cæcis iuuenem cauernis:  
Quem notant nullis maculis colores  
Criminis atri.

**¶ Ad pictorem.**

¶ Quisquis pictorem credit te fallitur umbros  
Et coeleste tuum non bene noscit opus:  
Qui pingit pictas merito quas credere formas  
Fas est pictoris: nomina pictor habet.  
Quas formas cernūt oculi: quam pingis ymago  
Et si non moueat: se mouet illa tamen:  
Immotis graditur pedibus: canit ore silenti:  
Audit: agit: loquitur: annuit: odit: amat:  
Quod generas igitur credis dum pingere: nō tu  
Nomina pictoris: sed genitoris habes.

**¶ Iacobo Comiti Iuliano**

¶ Infanum forsan: forsan sine mente uocabunt:  
Me Vates: quoniam carmina mitto tibi:  
Cui iā tota biceps credit mons culmina: uel quo  
Nullus lantheas largius haurit aquas.  
Si superat philomela canens atalantida: deber  
Non tamen hæc cantus ore tacere suos.  
Et picam cantare decet: placet atq; canendo  
Pithæus &: quamuis non bene dicat Aues:  
Argento fateor fuluum pretiosius aurum est:

¶ Liber. primus.

Est tamen argenti qui quoq; poscat opes.  
Nunquid post tyrias uestes: post serica: Parmae  
Qui capit in textas spernitur ille togas?  
Quamuis possideant urbes & regna tyranni:  
Iugera parua tamen: si dabis: accipient.

¶ Antonio Caballo.

¶ Quod petis Antoni dominae subsellia uallis  
Tinula qua Bacchi saepius ara crepant:  
Per quam uirginis ludens Dictyna choreis  
Currit: & in saeuas dirigit arma feras:  
Phoebus agit musas Ephyres de collibus altis:  
Et mouet argutae lesbicae fila lyrae:  
Non decus egregium facit hoc: non gloria getis:  
Non aethiis placidi deliciosus amor:  
Structa nec aethiis fulgent quae marmore tecta:  
Innumeri nec quos dat tibi parua greges:  
Lana tarentino nec quae fucatur ahenis:  
Stragula: quadrupedes: pascua: seruus: ager.  
Sed quoniam castus castas celebrare sorores  
Noscis: & intactae mystica sacra deae:  
Denique iunguntur similes: erit incluta foelix  
Virgineo uallis praeside uirginea.

¶ Finis primi Libri.

¶ Liber Secundus.

¶ Paridi Casareo.

o Ra meduseis spectans crinita colubris  
In saxum uersus ne liber hic rigeat:  
Exue bellisonum doctæ thoraca mineræ  
Et mea palladia carmina ueste Tege:  
Aegide uel foueas: hæc ægide scripta fouebis  
Ire superba tuo si sinis auspicio:  
Hæc bona sunt: dicent oës. Paris ista probauit:  
Iudice quo Pallas pulchrior est uenese.

¶ Imparim Casareum.

Quas metit i phariis segetes mephiticus arnis  
Incola quum tibi dent iugera culta Paris  
Largaq; fundanis spargat uindemia labris.  
Campaniq; ferant dulcia musta cadi:  
Pressa uenaphrani sub pondere bacca trapeti  
Impleat & succo plurima uasa suo:  
Det tibi pulchra tyros: det uellera clara tarentu  
Parmaq; non uili gallica mittat oue:  
Possideas auru gemas: chrysendeta: mensas  
Quaq; gerit: ganges muuera quaq; tagus:  
Et studeas duro montem superare labore  
Bellorophonte quem rigat unda Lacus:  
Et coeli causas: & noscere fata deorum  
Phœbeos motus: tergeminumq; Iouem:  
Laudandus uere es: facile est qui paupere mensa  
Cœnat: & angusti tecta colit tuguri.

¶ Liber Secundus.

Affuetus mala cuncta pati uirtutis amore  
Ferre sitim longam uel tolerare famem  
Et decus & laudes & clarae praemia famae:  
Quarere diuitibus quarere difficile est.

¶ Paridi Caesario.

¶ Si te discordes: peterent Venus aurea pallas  
Et Iuno: ut phrygium iam petiere parim:  
Non tu promissa corruptus amore puellae  
Praestares gnydiae munera fuluae deae:  
Bellica gorgoneos sed que gerit agide uultus  
Solaq; cirrhæi que bibit amne lacus:  
Praeponens sceleri decus immortale sacrumq;  
Qui facit hoc merito dicitur ille Paris.

¶ Paridi Caesario:

¶ Possidet arua Paris nūero sine pinguia qđ tū?  
Triptolemi multos fertile munus alit:  
Dulce legit nectar superantia massica: quid tum?  
Post illum multi bacchica dona legunt:  
Fert uestes tyrio phucatas murice: quid tum?  
Purpura plebeos nunc pretiosa tegit:  
It scyticis nitidus gemmis & iaspide: quid tum?  
Tonfor habet gemmas: & coquus: & lanus:  
Plectra senis docti doctus mouet aurea: qđ tū?  
Cum phoebo uates gorgonis arua colit:  
Noscit Aristotelis diuini dogmata: quid tum?

¶ Liber Secundus

Illum socratica Mantua laude probat:  
Oetipedis cancri describit sydera: quid tum?  
Hunc celebrat solum Mincius astrologum:  
Cum multis hunc esse uirum splendor facit auri:  
Cum paucis Phoebi munera semideum.

¶ Eidem.

¶ Mantua letatur gemino nunc munere: Martis  
Pectore belligeri: Pallados ingenio:  
Illud Turcus habet latii spes unica regni:  
Hoc Paris Ausonii fama decusq; fori.

¶ Eidem.

¶ Formosam rapuit Paris puellam  
Grais Iliacus: Paris disertum  
Sermonem rapuit meus: rapina  
Hæc est inclyta nobilis superba:  
Nãq; illa ut patriæ dedit ruinam:  
Hæc clarum patriæ dabit triumphum.

¶ Antonio Lauredano.

¶ Immerito coeli q̄ sit graue uulnus ab axe  
Limina sydereo sub stygis atra trahi:  
Sedibus & summis crudeli sub loca ferri  
Sorte quibus populi sordida turba sedet.  
Antoni noscis: latia cui plectra Mineruæ



¶ Liber Secundus.

Prima meduseo de grege musa dedit:  
Et dulcem uolucer citharam tegeaus Apollo  
Cui propria tribuit laurea ferta manu:  
Cui patet arctophylax:serpens: geminiq; lacones  
Inter & oppositos sydera quaq; polos:  
Tergemini qui fata Iouis:qui secula cernis:  
Et quæ perpetua foedera lege manent  
Et tamen expulsus patria sine labe fuisti  
Cuius eras tutor sedulus:immo pater:  
Quo faueas miseris postq; fortuna serenis  
Te nunc luminibus prospicit atq; fouet:  
Falcifer ut nosti miles fortissimus acer.  
Pallados armisonæ gloria:Martis amor  
Iam fuit imperio uestri sine crimine regis  
Priuatus sanctæ munere:militie  
Tranquillæ placido uoluit sub tempore pacis  
Nec tamen intactam contemerare fidem:  
Nec ducis alterius scribi sub foedere:tellus  
Sed quia nunc sparso sanguine tota rubet:  
Et Bellona furit:iuratas ferre cohortes  
Inter fulua petit quæ mouet arma Leo:  
Et nestro sub rege:mori.celebretur:ametur  
Munera dent illi plebsq; patresq; simul:  
Arma gerat rursus iubet hoc lex martia:belli  
Tempore nam solus qui petit arma:petit.

¶ De morte Angeli Politiani.

¶ Quo cecidit fato nostri decus Angelus æui  
Gentis & hetruscæ gloria:scire cupis?

**¶ Liber Secundus.**

Ictericū non hunc labes tristissima mōrbi.

Febris ad Elysiās: uel tulit atra domos:

Non inflans humor pectus: non horrida billis:

Mortiferā pestis deniq; nulla Lues:

Sed quoniam rigidas ducebat mōtibus ornos:

Frangebāt scopulos: decipiebat aues:

Mulcebat tigres: sistebat flumina cantu

Plectra mouens plectro dulcius ismario:

Non plus threicium laudabunt orphea gentes

Calliope dixit: dixit Apollo Linum:

Iamq; tacet nostrum rupes heliconia nōmen:

Et simul hunc gladio supposuere necis:

Mors tamen hęc illi uita est: nam gloria magna

Inuidia phœbi calliopeq; mori est.

**¶ De Morte Ioannis Pici mirandulæ.**

**¶** Picus amor phœbi cui se concesserat omnis

Permissi liquido quæ dea fonte bibit:

Cui totam pallas dederat se: sacra uerendi

Iussaq; facundo qui Iouis ore refert:

Aurea sex. Iustris migravit ad astra peractis:

Iussissent illum non quia fata mori.

Sed quia natus erat phœbeas disceret artes

Vt tantum: summa cur deus arce tonat:

Cur densæ glomerantur aquæ: glacialibus oris

Cur riget aeterno frigida bruma gelu:

Sydereus rapido cursu cur uoluitur axis:

Cur colit Arctoum parrasis ursa Polum:

*ecorda*

¶ Liber Secundus.

Sydera q̄ firmet pondus iubet illa moueri  
Quæ uirtus:superis tecta quis alta dedit:  
Quid mare sit:quid sit tellus:quid lucidus aer  
Flammea uis semper cur loca summa petit:  
Quid deus est:causa cunctarum deniq; rerum  
Nouerat:& quantum noscere quisq; potest  
Et genus humanum patitur:sup astra rogauit  
Ire graui linquens sub graue corpus humo:  
Mortuus est:igitur:poterat plus uiuere Picus:  
Non quia: sed quia plus discere non poterat.

¶ De eodem.

¶ Multifores frangit calamos flēs Attica Pallas

Frangit lantheam moesta Thalia Lyram:

Innuptas phœbus laurus radicibus imis:

Euellit:myrtum dissipat Alma Venus:

Pampineas Bacchus uites hederasq; sequaces:

Blanda poetarum munera falce secat:

Turritam posuit Cybele lachrymosa querelam:

Astriferam posuit Iuppiter ipse suam:

Ignoras causam: musarum gloria phœbi

Spes Cybeles:lumen Pallados atq; Iouis

Et Bacchi & Veneris numen sub tempore Picus

Maturo nondum corpus inane iacet:

Musa iacet:quæcumq; iacet Venus alma deorū

Rex: Cybeles: Bacchus: Pallas: Apollo iacent.

¶ Liber Secundus.

¶ De morte Georgii merulae

¶ Discite uirtutem iuuenes: nam sola beatos  
Nos facit: & dire non timet arma necis:  
Fortunæ ue minas: aut sæui spicula fati:  
Quæq; facit tremula curua senecta manus:  
Verba fidem capiunt: nunc ista georgius ille:  
Ille decus latii deliciaq; fori:  
Pallados Ausoniae spes unica: fama sororum  
Inclita: rugoso iam grauis ore senex:  
Florebat claris iuuenis uirtutibus: auri  
Pauper: & auratas diues habebat opes:  
Sortis & insanæ fluctu iactatu iniquos  
Clauserat immota sub statione ratem:  
Et nunc post clausum funus manesq; sep ultos  
Viuus agit: uitæ tempora lata noua  
Qui uirtute nitet longis iam debilis annis  
Pauper & infœlix & tumultus humo:  
Laudibus immodicis longis non debilis annis:  
Pauper & infœlix & tumultus humo est.

¶ Dolet nimis ptinaciter ab amore uexari mor-  
tales:

¶ Horam temporis haud beatus unam  
Candenti ualeo notare gemma:  
Iactatus uariis miser procellis  
Huc illuc: ueluti leuis carina:  
Ventos quum tumida ferus caterna:  
Cunctos Aeolus impulit furentes:

## ¶ Liber Secundus.

Pulsat me Venus impudica cœsto:  
Exurit calidis proterua flammis:  
A stringit laqueo : fodit sagitta:  
Tundit: dilacerat: quatit: trahitq;  
Si syluas peto. poscit illa syluas:  
Si fontem: liquidas natat per undas:  
Si pontum: leuat & premit rudentes:  
Temonem moderatur & gubernat:  
Si martem sequor: induit cruentam  
Loricam: caput horridum Medusæ.  
Semper deniq; quo graui dolore  
Cogar ducere: fletibusq; uitam  
Ingratam miseris: it & moratur  
Quo gressus ago: qua moror uel ora.

## ¶ Admiratur uarias Cupidinis uices

¶ Dulcia si Gnydiæ Veneris sūt spicula : cur ē  
Creditor ut tantum semper amarus Amor?  
Si pietate nitet clamens: uiolentus: & acer.  
Dicitur a multis cur sine lege uiris?  
Mente fidem seruans stabili: cur perfidus? auri  
Largus: & auratas an sibi seruat opes?  
Sæuus corda ferit iaculo si: ducere uitam  
Qualiter intactam dilacerata queunt?  
O nectar tristi cōmixtum dulce ueneno:  
Spes sine spe multis gaudia iuncta malis:  
Mutat amans uarias sedes: & tempore paruo  
Exultat: ridet: flet: canit: odit: amat.

¶ Liber Secundus.

¶ In amicam.

¶ Nunquid deliciae mea puella?  
Te clemens pietas mouebit unquam  
Vt non ferrea me trahas misellum  
In flammis sine fine saeuientes:  
Ostendis faciem mihi decoram:  
Pectus candidulum:comas nitentes:  
Qui fulgent oculos magis uel axe  
Caelesti colit alta:cum iuueni  
Phoebus cornua:uel casam laconum:  
Sed spectacula non gerunt salutem  
Haec nobis:iuuat haud parum uidere  
Fontem:si nequeo sitim leuare:  
Mercator mare sedulus per altum  
Non aurum petit:indicas ue gemmas  
Vt tantum uideat nitore lectus.  
Aurum quo capiat:sed & lapillos:

¶ In Dindimum.

Cur lachrymas spargis? uoces cur fudis inanes?  
Est tua quae multis uxor amica uiris?  
Desine tritari Veneris timet illa pharetram  
Nec uult caelestes loedere sancta deos:  
Est hilaris:clemens:mittis:iucunda:cruoret  
Non amat;insidias;negligit atque dolos.  
Si quae forte tuo non est defossa ligone  
Vinea det plenis dulcia musta cadis.

**¶ Liber Secundus.**

**N**on capies lectas alio si uomere fruges  
**T**empore maturo uel tua rura dabunt:  
**I**mplebit thalamos natis: te magna nepotum  
**B**landitiis ludens turba uocabit auum:  
**M**unera quæ ueniunt non magno parta labore:  
**Q**uam preciosa magis: tam magis illa placent.

**¶ Ad Venerem.**

**¶ Si sputa maris es Venus creata**  
**F**rigentis uelut in suis libellis  
**S**cribunt hystorici: canunt poetæ:  
**V**ris qualiter ore: quicquid afflas  
**V**t gramen leue: pineas ue tadas:  
**S**ulphur Sicaniis: focus uel antris:  
**A**n flammæ gelidis manent sub undis?  
**N**ix illas fouet aut liquore denso?  
**E**t cur marmore durior: fodit quod  
**S**æuus Dalmata: semper es proterua  
**S**i molles liquidæ leues tenellæ  
**S**unt undæ: soboli tuæ repugnas:  
**N**unquid concha erycina quæ tulit te  
**S**yluas idalias ad: & cithera  
**T**este duriciem tuo maligne  
**F**ixit pectore: sanguis & parentis  
**A**rdebat crepitanibus fauillis?  
**A**h quanto melius benigna mitis  
**E**xistens: nitido reges honore

**C** Liber Secundus.

Quicquid spectat eryx gnydos paphosq;  
Rex: gaudet: regit: imperat: beatus:  
Flet: sauit: timet: angitur: tyrannus.

**E** De confessione Syluia.

**C** Diceret oē scelus sacro quū nostra ministro  
Syluia: demisso qui tegit ora sago:  
Qui sua nodoso circumdat corpora loro: *Monachus*  
Qui gerit intecto concaua ligna pede:  
Non Cereri fruges: Baccho non uina dedisse  
Non dryadum placidis florida ferta choris:  
Vicini rapuisse pecus: mulisse iuuenas:  
Suppositas multa uite tulisse sudas.  
Legisse ex alio pullos atq; oua cubili  
Ille illi, uirgo, dic mihi nunquid amas?  
Viuit Amor nostro semper sub pectore: semper  
Ante sacros iaceo uictima grata focos  
Nec mihi libertas chara est; seruire laboro:  
Hoc ego nec crimen: nec scelus esse puto  
Respōdit scelus est fructus quo parturit arbor  
Quo segetes gignunt lugera culta suas:  
Quo uestitur humus: generant animalia: sūmus  
Deniq; quod iussit qui colit astra deus.  
Si quis amans peccat: iustum est odisse: sed odit  
Qui quoniam peccat: non amor est uitium  
Vir sacer ille lapis stetit: ut uix mobilis: atq;  
Me uincis fateor Syluia dixit ama:  
Qua; puella suo Cicerone disertior ore.  
Verba dabit Veneris qua; pia castra colet



**Liber Secundus.**

**Illustrissimo Hermeti.**

**S**i mihi fata dabunt maturæ tempora uitæ  
Tangere: si fieri sydera læta senem.  
**T**unc tua gesta: tuos princeps inuicte triumphos  
Carminibus lætis Cecropiisq; canam:  
**T**eq; palestina modulabor arundine: quamuis  
Nec pōtero laudes tunc quoq; ferre tuas.  
**I**ngenium superas uatum: uix dicere posset  
Et decus & mores Cynthius ipse tuos.  
**N**am pius es: clāmens: facundus: fortis: & acer  
Strenuus: ingenio uir grauis: ore puer:  
**D**eniq; quem deceant Martis duo tela cruenti:  
Robur aui: patris uimq; decusq; tui:  
**S**ed tamen enitar: tibi cor cape pignus amoris,  
**S**ed mare quis paruo claudere uase potest.

**Eidem.**

**O** ducis inuicti frater: quem bellica pallas  
Vno donauit Gorgonis angue Comæ:  
**Q**ui quum letifero turbatus sibilat ore  
Trax timer: Illyricus: Celta: Sycamber: Arabs:  
Itala regna tremunt: formidat deniq; totus  
Orbis: & indomitos Mars ciet acer equos:  
**T**e furor & belli rabies cecidere: quod atrum  
Iam iam tollebat sæua per arma caput.  
**Q**uis dubitat: ueneti religasti regna leonis

¶ Liber Secundus.

Imperio fratris semper amica tui:  
Pax erit: & placida capientur munera tiras:  
Gramina bos carpet: gramina carpet ouis:  
Non spes agricolas fallit: non milite sauo  
Virgineum perdet rapta puella decus. page  
Nō lachrymis natū genetrix pia sparget adēptū  
Frigida non fratris corpora mæsta soror.  
Non concussa cadent ballistæ uerbere tectas:  
Deniq; te uiuet femina uirq; duce.  
Qui nobis firmas Hermes sub tēpore primo  
Ore tuo pacis fœdera sancta piæ  
Augusti latum tribuent tibi numina regnum;  
Virtutis splendor denotat ista tua.

¶ Galesio nichesole.

¶ Aegoceros gelidam nimbis nūc imbuat urthā  
Horret & Arctoo frigida bruma gelu.  
Stringūtur pluuia: densos glomerant in orbes  
Nix cadit: & glatie prata lacusq; rigent:  
Sepibus exustis tacitas fringuilla querellas *Hymnis descriptio*  
Murmurat: in stabulis clauditur omne pecus:  
Vix faciunt thalami tutos nos frigore clausi:  
Vix ingens boreæ seruat ab ore focus.  
Et petis ut ueniam: cum sit mihi penula: qualem  
Quum peragit ludos cecropithecus habet.  
Et qualem pictas collo qui naufragus undas  
Sustinet amissas ut prece quærat opes:  
Quam Syrus Hetruscos quum uomere scindit agellos:

## ¶ Liber Secundus.

Cestat aricina quamq; rogator aqua.  
Quam qui permutat fractis sua sulfura uasis:  
Qui tepidum populo uendit & asse cicer:  
Non ueniam: credis tibi me promissa negare?  
Falleris: ille negat qui sine iure negat.

## ¶ De Cupidine.

¶ In rios si tantum possunt tua tela cupido:  
Sub uirtute tua si cadit omne quod est.  
Si superare Iouem potuisti iuribus ipsum.  
Si cecidit telis uictus Apollo tuis.  
Spicula si martis cedunt tibi uicta sagittis:  
Dic cur insidiis uteris atq; dolis?  
An quia tela ioci tua sunt & spicula fraudes?  
An quia fraude tua saucia corda facis?  
Incautus cautus superans: armatus inermes:  
An quia ui fortis doctus & arte uales.  
Credimus hoc: sed cur laqueos & retia gestas?  
Non decet armatum uincula ferre ducem.  
Venator gerat hæc ridet Mars: ridet Apollo.  
Quum cernunt manibus talia uincula tuis.  
Quo uel ad arma tuis uenias fortissimus armis:  
Et spernas fraudes inclytus atq; dolos.  
Et tibi quod fas est laqueos & retia ponas.  
Negliget aut sceptrum scemina uirq; tuum.  
¶ Qui nirtute ualet: ualet & præstantibus armis  
Non opus est fraudes insidiasq; sequi.

¶ Liber Secundus

¶ In. M. Antonium Maurocenum

¶ Non tauros mactare licet leraſq; bidentes  
Maſcula odoratis non dare thura focus  
Vt tibi dii faueant placidam dum cumſpicias urbē  
Qua te pratoreſm gaudet habere ſuum:  
Nō opus eſt tepido quod uiſcere ſpectet aruſpex  
Quo fortunatae ſint tibi Marce uia:  
Quod ſeruet uolucrum cantus: ſeruetq; uolatus  
Augur: agant nulla nam tibi munus aueſ.  
Tu non augurio: tu non eſ ſubdituſ aſtriu.  
Nec ſacra crinituſ pro Ioue phœbuſ agit.  
Iſta uiri faciunt: ſatiſ eſt pro numine numen  
Ponere: nunc nulluſ te negat eſſe deum

¶ Pro Arce Rouereti.

¶ Qui capitoline iam moenia fecerat artiſ:  
Hoc factum fieri poſſe negabat opuſ:  
Maſoli claruſ qui ſtruxerat ante ſepulchruſ:  
Hoc factum fieri poſſe negabat opuſ.  
Pyramiduſ doctuſ qui uicerat arte magiſtroſ  
Hoc factum fieri poſſe negabat opuſ.  
Sed tamen hanc arcem contrina prole Iacobuſ  
Fecit: & egregæ condidit artiſ ope:  
Nanq; caput medio tollit de marmore: duroſ  
Firmat & in medio marmore dura pedeſ.  
Marmoreoſ mileſ thalamoſ colit atq; ſatelleſ  
Marmoreoſ ſotii marmoreoſq; duceſ  
Sunt tripliceſ ualua: tripliceſ ſunt ordine muriſ

¶ Liber Secundus.

Rideat ut sospes quisq; in arce sedet  
Non aries fortis: non huic balearica plumbum  
Inuictæ torquens funda nocere potest.  
Inclytus hic uere est: nam quæ natura negabat:  
Nec fieri poterat: nobile fecit opus.

¶ Marco Antonio Mauroceno.

¶ Nô quas mittit arabs: nô q̄s p̄chaia tellus  
Nô quas Aethiopum cappadocūq; domus  
Non quot pactoli de flaua munus arena  
Diuitias cræsi Lydia tota legit:  
Non quæ carpathio nascuntur gurgite cõchæ:  
Non quas Aeoi littora gangis habent.  
Ut tenuis fragili credis te Marce carinæ  
Impatiens scythicæ frigora ferre: niuis.  
Quiq; borysthenea uentum furit improbus arcto  
Quiq; sub opposito concutit arce polo:  
Sed quæ cecropiis sunt condita uersibus: & quod  
Romanum docuit lingua diserta sophos:  
Sæpe legis merces hæc sunt & dona rorum  
Quas non Arctophylax nec Cynosura regunt:  
Nobilis es uere: nam circum nobile tantum.  
Mens tua uersatur candida semper opus:  
Sic portans merces intrat de iure senatum:  
Ut de iure sedet curuus arator eques.

¶ Eidem.

¶ Miraris forsan numerosos condere uersus

¶ Liber Secundus.

Me quoq; phœbeam tangere sæpe lyrati.

Iuppiter & Pallas Phœbi doctæq; sorores

Talia non possent munera ferre mihi.

Quod natura iubet: quod candida tpa formæ.

Vt ere muneribus: utere sorte tuæ.

¶ Petro Brauo de die natali. *Ch.*

¶ Luciferi redeūt semper celebranda decēbris

Tempora: natalis lux redit alma louis.

Ante fuit semper magni qui conditor orbis

Nascetur: pariet filia casta patrem:

Induet humanæ spoliū miserabile formæ

Vt toruo stygii liberet ore canis.

Iam fas est taceant uadimonia: iurgia: lites

Atq; suburrani garrula turba fori:

Cerdones: lanii: tonsor: iudiq; magister

Ictibus & crebris qui ferit ara faber:

Et quos Petre tibi misit Nilotica tellus

Accipiat calamos scorte theca suos:

Sancta sacerdotes modulantur carmina nostri

Ite procul Satyri: Moenades ite procul:

Ebria non nobis tygris: non sordida uino

Thyas: & anguigero gens fera crine placet:

Victima caesa litet: cumulentur honoribus ara:

Suspendat picto munera quisq; tholo:

Post sacra: postq; pces: post pluria dona deorū

Dānoso certet cum cane pulchra Venus.

Et resonent moto tali: uel iacta fritillo.

**C**Liber Secundus.

Tessara:q̄tio uitreo calculus hoste cadat  
Qui coluere Iouis lucem docuere priores  
Natalis Christi nos celebrare diem.

**C**Virgilio Zauarifo.

**C**Nunquid Caucaseas adhuc salebras.  
Et rauca scopulos feros Maleæ  
Et quæ marmora dalmatæ reuellunt  
Cælis rupibus:arduis uel antris:  
Quæ dat synada:quæ gerit carystos  
Quæ scyron coluit:preces benignas  
Promens:pectore Virgili proteruo  
Traxisti iuuenis? notare sub te  
Qui iuris calamo seueriore  
Res sacras didicit:diem liburnus  
Quum dicit gabio:uocatur in ius  
Quum tristis reus:audit & senatus  
Messalæ lepidi:grauis seæri  
Sermonem tacitus:iubet tribunus  
Plebem soluere crimen hoc:& actis  
Inscribi:leuis hunc tenebat ira  
Quem soluit populi pius magister:  
Quod:si stat ueluti silex procellis:  
Aut turris leuibus superba uentis:  
Impellas citharæ fides canoræ  
Plectro:quo lapides soles mouere:  
Quercus ducere montium per arces:  
Cursus sistere fluminum:Leones:

**¶ Liber Secundus**

Pantheras:iaculos:lupos:bifontes:  
Mulcere:excitiet sonus malignam  
Dulcis sauciem:potest metallum  
Durum frangere namq; qui:resoluet  
In partes lapidem:licet sit asper  
Et durus nimis:& nimis molestus

**¶ Philomusio uati:**

**¶** Si peterem nummos preciosaq; uasa corinthi:  
Quas quoq; dat uestes luxuriosa tyros:  
Deberes uestes:preciosaq; uasa corinthi:  
Et mihi purpurea mittere dona toga:  
Foedus amicitiae iubet hoc:iubet augur Apollo  
Cultores gemini uerticis esse pios:  
Nunc:quum uerba petá:dic qua ratione negare  
Illa potes?dices & tibi uerba dabo:  
An mihi respondes sic?non mihi te dare uates  
Verba peto:pro me uerba refere peto.

**¶ In sauiſſimos Latrones Nogariae**

**¶** Ut tria Latrones raperent festertia saui  
Securum gladius dirripuere uirum:  
Mcenia saxosi qui solus ab arce Tridenti  
Quarebat misero non bene uisa Remo:  
Nox erat hoc tantum facinus miserabile sauum  
Taxatum summa non fuit inuidia:  
Nanq; die crimen factum si tale fuisset  
Sub styga conuersis phœbus abisset equis.



¶ Liber Secundus.

¶ In Eisdem.

¶ Per nemora & montes securus perge uiator  
Arma times sæui ni truculenta Lupi:  
Non plus latro colit syluas: per rura per agros  
Accumulat raptas sanguinolentus opes:  
Fert clypeum messor: galeam: thoraca: sagittas  
Induit. & pictam: miles ut ipse togam:  
Carpe Viator iter cautus per rura per agros  
Sæuius agresti milite nam nihil est:

¶ De nomine Nogaria:

¶ Infaustum posuit tibi sæua nogaria nomen  
Qui dudum Vates maximus ille fuit.  
Nam si tunc precibus sanctis delubra colebas:  
Atq; dabas summo mascula thura Ioui:  
Te sceleri cumulare scelus: te nigra uidebat  
Præcipites herebi ferre sub antra gradus:  
Implesti nomen: mortales perfida mactas  
Infantes: miseræ ut Lupus acer oues:  
Nomine req; noces: caueas tamen improba: nã qui  
Sic nocet: & sibi met est opus ut noceat.

¶ De morte Francisci Crassi:

¶ Multa senem fugerent Crassum ne commoda: uultu  
Cogeret atq; alio fors mala multa pati:  
Mors iuuenem rapuit: rapuisset quæ fera si sic  
Pompeium: coleret non socer astra deus.

**¶ Liber Secundus.**

**¶ Eiusdem.**

**¶ Dux cecidit uicti Crassus post funera bellis**  
Aeternum nomen Crassus ad astra tulit:  
Nam uictor moriens quū plus nō possit ab hoste  
Vinci:perpetuæ nomina laudis habet:

**¶ Ad Bartholomeum branzonum.**

**¶ Bartholomæe decus clarū quo forma supbit**  
Tam bene pictus habes:q̄ bene uiuus habes:  
Lumen inest oculis:picturæ quale sereno.  
Splendet phoebeis æthere luminibus:  
Purpura lacq̄ genis :fuluum sub crinibus aurum:  
Pectus ebur pingit: collaq̄ labra rosa:  
Non loquitur dices:dabit & natura loquellam  
Nanq̄ modus rerum quod petit:illa facit:  
Ore oculis uiuens:uiuas ut uoce necesse est.  
Viueresic potuit Pigmaleonis opus.

**¶ De puero mira arte picto.**

**¶ Da puero uocem picto:natura magistras**  
Tollat ut artificis candida fama manus:  
Nec fieri timeas portentum:picta loquetur  
Non facies:nam quum te duce uerba dare  
Incipiet:pictam tunc desinet esse:uidetur  
Hoc tantum quoniam picta q̄ ore tacet:

¶ Liber Secundus.

¶ De Eodem.

¶ Aut ars naturæ pingit nunc iuncta potenti.  
Aut hoc naturæ dextera fecit opus:  
Nam tantum uario faciemq; manusq; colore  
Quæ formare potest: non generare potest.

¶ In Cæculum.

¶ Quam pius in fratrem Gallus: quã frater in illũ  
Dyndime sit: uersus hos lege certus eris:  
Frater habet mensas diues quas Gallus eburnas  
Quæ frater diues: iugera Gallus habet:  
Fulga dedit fratri Gallus crysendeta: frater  
Tradidit auratas Galle tibi pateras:  
Vestibus utuntur paribus: domus una: supellex  
Vna illis: gemino corpore: mens eadem:  
Quod ne concordēs animos uis distrahat ulla  
Coniuge de fratris pignora: Gallus habet.

¶ De Eodem:

¶ Hystorias omnes & sacra poemata uatum  
Assidua si quis sedulitate legat:

Non tamen inueniet tanto pietatis amore

*A familiariter*

Quæ iungant fratres uincula sancta duos:

Quanto se Gallo coniunxit cæculus: Hector

Nam pro fratre suo si ferus arma tulit.

Afflixit græcos omnes: & sapius illi

Dilectam tribuit non tamen Andromachem

**¶ Liber Secundus:**

**¶ De Eodem:**

**¶** Cacus ut coo pingatur Apelle meretur  
In tabula laudis clara trophea suae:  
Gesta quibus superat magnorum maxima regum  
Non tamen ut tulerit Pallados arma feræ:  
Struxerit aut pario sublimia marmore tectas:  
Vexerit aut plena fulua metalla rates:  
Coniugis ast fratri cessit quia foedera Gallos:  
Hoc syriæ regem tollit ad astra decus:

**¶ De Eodem:**

**¶** Obliquo ponas fratres quos Iuppiter axe  
Per quem flammiferas ducit Apollo faces:  
Sunt Gemini Lædæ soboli iungenda propago  
Nam uelut alternis sydera castor habet  
Et Pollux: thalami diuisit caculus horas  
Vxorem alternis Gallus & ipse premit.

**¶ De Eodem.**

**¶** Aestiuæ fugiens Veneris dum spicula linguis  
Coniugis amplexus deliciasq; tuæ:  
Et simul as aliis urbem te poscere causis:  
Coniugis in thalamo Cæcule Gallus adest:  
Et simulans aliis illum se poscere causis  
Quam fugis exanguis strenuus ille petit:  
Quis uestrum melius simulet: tua differat uxor:  
Tempore quæ longo te simulare cupit:

¶ Liber Secundus.

¶ De eodem.

¶ Vxorem fratris cessisti Cæcule Galli  
Arbitrio: thalami iura fidemq; tui.  
Furta nec ulla times: Phrygiæ qd̄ lumina matris  
Vt mos est Gallis hunc coluisse putas:  
Sed te met fallis: Samia non inguina testa  
Perculit: exausti non gregis iste uir est:  
Castratus Cybelis quâuis fit Cæcule Gallus  
Testiculos Veneris Cæcule Gallus habet.

¶ De Eodem.

¶ Nō odii flammis tumidæ nō perfidus iræ:  
Fulmine: non aliquo Gallus amore furens  
Te uidet ast quoniā tenuē sine uiribus umbrā:  
Non aptum Veneris spicula ferre manu:  
Pro te uult clemens tantos tolerare labores  
Tot mala: tot clades: tantaq; damna pati:  
Hic est uerus: amor: pietas: hæc maxima fratris  
Vt ualeas uires debilitare suas.

¶ De eodem.

¶ Legerat infames mensas coenamq; Thiestis  
Cæculus: & miseri trista fata senis:  
Crimen & exhorrens sæuum: damnauerat omnes  
Sanguine qui sparso uulnera fratris amant:  
Ecce uidet Gallum qui candida colla petebat

¶ Liber Secundus

Coniugis: & niueos non sine fraude sinus:  
Conticuit: potius dilectæ macus haberi  
Coniugis: exoptans q̄ nece fratris atrox.

¶ De Eodem.

¶ Nil nisi qđ prestas uxori cacule uerba  
Aut tantum uariis oscula mixta iocis:  
Aures illa tibi tantum dat Cacule: reddit  
Et merito uariis oscula mixta iocis.  
At Gallo peragit quia rem: res sedula præstat  
Accipe: lex iubet hoc munera quæ tibi das.

¶ De Eodem.

¶ Sūt tua quos peperit cōiūx tibi Cacule nati:  
Sunt peperit coniunx quos tua Galle tibi.  
Quos tua nō peperit tibi sunt quoq; cacule nati  
Quos tua non peperit sunt quoq; Galle tibi  
Res noua: q̄ uobis sūt pignora pignora nō sunt:  
Est idem uobis filius atq; nepos:  
Hæc soluat phœbus: uestrum quis credat: uterq;  
Vnius pueri patruus: & pater est.

¶ Epitaphium philomellæ:

¶ Hic rigidus Philomella lapis te claudit: eodē  
Tempore nata mihi: tempore rapta mihi:  
Dii bene: nam postq̄ debebas nata iacere  
Me patre: q̄ nondum me patre nata iaces.

**¶ Liber Secundus.**

**¶ Siluula Hieronymum ueritatē pfidiæ accusat.**

**¶** Quæ tecum loquitur puella: quæ te  
Amplexu fouet: & libidinosis  
Verbis prouocat ad thori iocosas  
Picti delicias: femur tenellum.  
Pectus candidulum: manu proterua  
Quæ monstrat tibi: quæ tibi uolenti  
Præbet basta dulcibus labellis.  
Signat dentibus & genas malignis  
Exardens sybaritico furore.  
Hæc est saxea firmitas amoris?  
Hæc atro stabilis fides diurno?  
Hoc uult nobile nomen ac honestum  
Quod stirpi proprium tuæ tibiq; est?  
Sed credas tua me canente furta  
Qui te nomine ueritatis omnes  
Falso perfide nunc uocant: uocabunt  
Vero nomine fallitatis omnes

**¶ Ioanni Matheo Aueroldo**

**¶** Pro te tartarei peterem qui limina regis  
Et qua centumanus fulminat ore gyges.  
Zanclæ atq; sinus scyllæ sæueq; carybdis  
Qua pellunt fragiles æquora surda rates  
Me fugis: hoc scelus est: hoc ingens crimē: amicū  
Et post te dicis uincere pirithoum.  
Non amat atq; colit: quisquis timet: inuidit: odit:  
Rede uices pyladi te colo: te ueneror.

¶ Liber Secundus

¶ In Syluiam

¶ Cur tam ferrea semper es puella?  
Credis forte tui iubar nitoris,  
Longis ducere saculis decorum:  
Sed te decipis impudens: capilli  
Aurum qui superant: comasq; pulchras  
Aurora: croceas: cadent senecta  
Tristis quum ueniet tremente gressu:  
Oris purpureum tui colorem  
Squallentem fieri uidebis & tu  
Exanguis: moritura: curua: tristis:  
Mammi horrida pendulis: aperto  
Rugosi femoris lacu mephitim  
Et semper patulo uomens hiatus  
Flebis: praeteritum misella tempus:  
Curru peruolat ecce clara phoebus  
Velox sydera: labitur citatis  
Tempus cursibus: ut solent uolucres  
Ut sulcat mare si antibus carina  
Ventis ut iaculus manu potenti  
Impulsus: rapidis uel annis undis  
Dum fas est igitur decus iuuentae  
Exerce & facilis uelut puella  
Manus da gnydiae dex iocosum:  
Lasciuuit merito tener iuuenus  
Lascius merito iocatur agnus:  
Quod tempus petit illud est honestum



¶ Liber Secundus.

¶ Alloquitur qui ueneri se dicarunt.

*Volturn*  
¶ Aspice qui Veneris lasciuum numen adoras:  
Qui colis aligeri tecta superba dei:  
Aetneis ueluti scintillat flamma caminis:  
Ferreæ uulcani quum quatit arma faber:  
Vtq; leues stipulæ latis uruntur in agris:  
Quum grauis accensos adiuuat aura focos:  
Viscera flammatis exardent nostra medulis:  
Corq; meum sæuo cogitur igne mori:  
Quodq; tuis spectas oculis miserabile uultus:  
Hoc mihi pollicitis intulit acer amor:  
Inter si lachrymas semper miserofq; dolores  
Vulnera: tela: faces: uiuere quæris: ama.

¶ Syluula. Hieronymo Veritati.

¶ Montibus & pratis florentibus aurea primum  
Matre sua placidus castra locauit Amor:  
Nondum tollebant urbes super astra superbum  
Turribus excelsis Pallados arte caput:  
Numina syluarum letali sauitia telo  
Ardebant flammis:q; uelut etna suis:  
Tu nemus umbrosum: liquidas tu deseris undas:  
Ac si non coleret florida rura Venus:  
Et fugis ad Circem magico scelerata ueneno  
Mutabit formæ quæ decus omne tuæ:  
Inter ciuiles fraudes: nam furta doloq;  
Exercet: didicit quæ male fidus Amor.

¶ Liber Secundus.

¶ Eidem.

¶ Te puto sicaniis genuit Vulcanus in antris  
Coniuge non pulchra: nam ferus es nimium:  
Ignita tantum scintillæ semine diro  
Sed te: qui non est ignis acidalius:  
Corde Venus flammæ gestat: sed nectare miscet:  
Ambrosiam placidæ flamma tenet Veneris.  
Ambrosia: nihil est in te: Veneris nihil in te:  
Vulcani est in te: si quid habes Veneris.

¶ Querula lamentatione recenset loca iam pridē  
amanti iucunda:

¶ Fons sacer riuo uitreo per herbas  
Qui fluens murmur uirides amicum  
Concinis sonno: mea lux: meum cor  
Qua manet ora?

Arbor excelsis super astra ramis  
Quæ caput tollis satyros amena  
Protegens umbra: mea lux: meum Cor:  
Qua manet ora?

Mons iugis pulcher: nemus & beatum  
Quod tegunt laurus: coryli: cupressus  
Fagus: & myrti: mea lux: meum Cor:  
Qua manet ora?

Prata quæ fertis thyma: quæ marathra  
Lilium: thymbram: uiolas: anetum  
Quæ rosas. mētham: mea lux: meū Cor  
Qua manet ora?

¶ Libet Secundus.

Aura quæ dulci resonas susurro  
Arborum frondes quatiens uirentes  
Quum furit Titan: mea lux: meum Cor  
Qua manet ora?

Fons niger: latis uiduata ramis *degenz uel haphora*  
Arbor: obscuri iuga montis: herba  
Arrida: & pratium: coryli cupressi  
Aura ualete.

Vos Venus spernit: tener & Cupido  
Nox regit densis tenebtis opaca  
Sedibus postq̄ mea lux: meum cor.  
Non manet istis.

¶ Orat obtestaturq; Venerem Syluula ut ce-  
sto erronem feriat.

¶ Immites ficili Venus decora  
Quam tollunt: celebrant: colunt: adorant:  
Cui dant munera gratiæ triformes:  
Quã circum uariis Cupido pennis  
Lasciuus uolitat: trahens pharetrã  
Ex fulua nitidas manu sagittas  
Inuicta laqueos & arte texens

Duxit sub iuga qua deum parentem:  
Si mauros placuit tibi superbus  
Aeneas: pater: & tener proteruo  
Fossus dente ferae puer cruentas  
Torque flammifero furens a silo  
Cor qui me iuuenis premit seritq;  
Et nostros cito fac petat penates:

**C**Liber Secundus

Sic myrto: uiolis: rosa: lignstro  
Componam uirides tibi corollas  
Sic magni Iouis intulisse semen  
Credam te tumidis maris procellis  
Ad nos candidulo sinu uenustam:  
Sic semper celebrans colensq; dicam  
Magno nomine te deam deorum.

**C**Hieronymo ueritati.

**C**Me cruciat sauo pestis uiolenta ueneno  
Quæ legem pestis non habet atq; modum:  
Pallida nûc: nûc sum ueluti rosa pupureus flos  
Frigida nunc glacies: ignea nuuc glacies:  
Me circum uolitant umbræ: scelerata flagellum  
Concutit horrendas atq; Megara comas:  
Aut uidi nymphas: aut me uidisse putau  
Somnia qui faunos cernere me faciunt:  
Consului Venerem quis morbus: rettulit illa  
Græcus equus manes te quoq; sic cruciant:  
Græcus equus cui pars pedis ultima deficit: os quod  
Summittunt manes: sed breue: non mutilum:  
Quo si non uenies ad me ferus iste iuuenam  
Græcus equus faciet me quoq; Pasiphaem.

**C**Hieronymo ueritati.

**C**Sunt sub marmoreo Tibi norica pectore Tela  
Ferreus est adamas uulnificusq; calybs:

¶ Liber Secundus.

Aereus æratos agitat qui spiritus artus  
Visceribus Scyrón subiacet ipse tuis:  
Battus & in lapidem uersus lilybeus: & othrys  
Didyma. pidus: arhos: Cynthus: olympus: cryx:  
Te pater armatus genuit sæuissime: mater  
A Niobe durum traxit iniqua genus:  
Lac tibi Tartareum flammis armata Chymera:  
Mortibus innumeris lac dedit hydra nocens:  
Mitior est dipsas: iaculus: seps: amphisibena  
Tam fera corda ferus nec basiliscus habet:  
Saxosum pro corde tulit Saturnus ophitem  
Mars tibi caucaseam sanguine pro glaciem:  
Non tam dirus erat genuit puer improbus ille  
Quem patre Cephiso carula Liriope:  
Duriciem te quisq; uocet: ferus est: ferus ut sit  
Qui quoniam tantum ferreus: & ferus est.

¶ Querela Syluiae:

¶ O quæ fumi uomos geris Chelydros.  
Atris uertice pro fero capillis  
Alecto stygii ministra regis  
Ad nostræ uenias domus penates  
Infastos: referens uenena nigri  
Quæ ructat canis horrido sub antro  
Orci tergeminus: triceps: trilinguis:  
Ad mortis propero cruenta fata  
Infœlix quoniam: Megæra tuq;  
Ardentes quatiens faces: malorum  
Et tu perfida criminum feroxq;

¶ Liber Secundus. ¶

Iam iam portitor impia paludis  
Telo saucia perfido: sichæi  
Coniunx ut miseri: misella phyllis  
Et: uel lesbia quam Phaon puella  
Odit trux nimium proteruus: atrox  
Ensem iam capio: rogi uel ignis  
Ardet iam crepitantibus fauillis:  
Flet tristis pater: ardui sorores:  
Lamentis feriunt polos olympi: j  
Onymphæ faciles: Dryas: napææ:  
Et tu syluia blanda: pulchra: mitis.  
Fontes: flumina: prata: rura: montes  
Hoc est q̄ loquor ultimum: ualete  
Sæuas ibimus: ibimus sub undas  
Linquentes rabidis tenella membra  
Vrsis: uulturibus: lupis: leænis:  
Hoc donum meruit fidele pectus  
Nostrū: cādida: mēs: pudicus ardor  
Cordis: spes hilaris: decēs uoluptas:  
Periurus: ferus: improbus malignus:  
Mendax: sacrilegus: malus: molestus  
Fallax: proditor: impius: profanus  
Est uir quilibet: hāc grauem puella  
Pestem corporibus fugate castis.  
Aurum spernite: muricisq; tinctas  
Vestis: carpathii maris lapillos:  
Illis muneribus latent sub angues  
Diri: letiferi latent Leones:  
Heu heu me tenera mori iuuenta

**C** Liber Secundus.

**C**ogis nomine sub pio cruenta,  
Sed te funera post mei sepulchris  
Non poenis sine sospitem ualere:  
Permittam: sequar umbra sed figuris  
Horrenda innumeris: Bison: Chimera  
Seps: prester: crocodilus: hydra: Tigris:  
Taurus: gryps oculos tuos & ante  
Stans mentem quatiam: mouebo corda:  
Te semper stimulis agens & igne  
Non paruo miserum premam timore:  
Donec tu manibus tuis tibimet  
Pectus perfodies: dabisq; poenas:  
Iustus Iupiter est: necabis illa  
Te: qua me miseram necas sagitta:

**C** Ioanni siculo.

**C** Tusca motiēs animas inter qui plectra beatas  
Cantat adhuc mores Laura pudica tuos:  
Alloquitur uatem septem modulamine uocum  
Qui potuit scythicas sollicitare feras:  
Eumenides mulcere: Canis tres claudere fauces  
Tutus adire Stygem: tutus abire styge:  
Vertice nunc coelos tangam glacialibus oris  
Ibit ad ardentem nunc mea fama polos:  
Nunc ego laudabor celsæ super ardua Cirrhæ  
Saxa sedens: hederæ: nunc ego dignus ero:  
Me legit Augusta uates Aetneus in urbe  
Nunc quoniam docte dulciter egregie:

¶ Liber Secundus

Non legit immo nouans: me met mihi reddit in illo.

Impellor: timeo: deprimor: uor: amo:

Illius & toto totus sub pectore: uersus

Quos legit ille: lego: quos canit ille: Cano.

¶ Ad eundem.

¶ Quū legis Hetrusci diuina poemata Vatis

Diuinum sacro pectore numen agis:

Et uelut Euboicis ueniens tūc doctus ab antris:

Non sacra mortali carmina uoce canis:

Sed Iouis & superum narrans oracula: dicis

Quæ deceat superos: quæ quoq; uerba Iouē:

Si roseos Lauræ uultus moresq; pudicos:

Ante oculos laura est pulchra pudica tuos:

Si miseri flammas: cæcum si uulnus amantis:

Exardens patitur uulnera cæcus amans:

Detegis affectus: declaras gaudia: luctus

Exprimis: & propriis spemq; metumq; modis:

Verius & reseras amborum corda: simulq;

Fecerunt illi: fecit uterq; sibi:

Splendida si rursus Franciscus ad astra rediret.

Elysi linquens regna beata soli:

Noscere te melius sua carmina disceret: atq;

Se decus & mores Candida laura suos.

¶ Eidem.

Quum canis dulces Veneris labores

Quum faces nati geminas: pharetram



¶ Liber Secundus.

Telaq; & pulcher tibi dat cupido

Tela facesq;

Pallados uires: clypeumq; scœuis

Anguibus nexum: modularis arte

Forte si docta: tibi dat cruentam

Gorgona Pallas:

Si lyræ pulsas ephyres sub antris

Fila phœbeis agitata plectris

Plectra phœbeis ephyres sub antris

Dat tibi phœbus.

Si iocos blandis salibus petulcos:

Verba si sacris bromii dicata

Fronde crescentes hederas sequaci

Dat tibi Bacchus

Si comas Lauræ roseosq; uultus

Carmen hetrusci lepidum poetæ

Si: tibi lauros gerit illa: carmen

Dulce Poeta.

Phæbus: & Pallas: Venus & Cupido

Cornibus clæmens positis Lyeus

Laura Franciscusq; tuo sub una

Pectore uiuunt.

¶ Antimacho:

¶ Quam fera sanguinei stimulis Bellona flagelli

Impulit in Gallos agmina nostra duces

Marmaricus libycis uelut & Leo Turcus in aruis

Fulmineo pauidas dissipat ore feras:

¶ Liber Secundus

Barbaricos fudit populos clarumq; triumphum  
Ad Veneti duxit regna superba ducis:  
Hic quem forte putas imbellem: strenuus hostes  
Contudit: ut fragiles æquora surda rates:  
Ac ut gonziaci sequeretur fata tyranni  
Non timuit diræ tela cruenta necis:  
Pro meritis poscit tantis nunc premia: possint  
Ut tantum miseri carpere gramen equis  
Ipse piæ Cereris fruges & dona Lyei  
Non cæcidit pugna qui cadet ille fame?  
Exposuit uitam belli qui tempore: uitam  
Tranquilla saltem tempore pacis alat:

¶ Augustino Barbadico:

¶ Quis Romæ dominos gentem superare tuetur  
Vnguibus: & forti quam leo dente negat?  
Quæris opes: auri quicquid Gangetica tellus  
Quicquid habent Hermi flumina: quidq; Tagi:  
Hæc habet: arma petis: potuit domuisse feroces:  
Illyricos: Parthos: Sauromatasq; truces:  
Italiæq; omnis uires: uis iura fidemq;  
Et fidei celebrat iuris & ista decus.  
Insignis populo sancto ueneranda senatus:  
Incluta consiliis: relligione pia:  
Omnibus his æquat Roman: sed magna potentis:  
Augusti superat principe regna suo.  
Nam si magnanimus bello dux ille potensq;  
Tutor erat pacis: iustitiæq; pater:

¶ Liber Secundus.

Hæc sibi non populo præstabat dona: sed iste  
Non sibi: sed populo quod facit: omne facit:  
Consultit: ædificat: pugnat: studet: auget: alitq;  
Pascit: amat: uiuit deniq; pro populo.  
¶ Vi fuit ille deus: non libertatis amore:  
Non sibi: sed patria: qui regit: ille regit.

¶ In Iulium spernentem diuitias.

¶ Ridet ingera Iulius syennes  
Et messes latii novas beatis  
Et quod nectareum cadis phalernū:  
Annosis roseus gerit minister  
Vestes muricis oblitus cruore  
Auro fibula circuit nitente  
Aut quas: aut uiridi colore gemmas:  
Charos fluminis indici lapillos:  
Vel quæ carpathiis leguntur undis:  
Crassi diuitias Midæ potentis:  
Solos & fore pauperes beatos  
Affirmat: nimis est sagax: acutus  
Quæ nullo ingenio potest habere  
Squallens: paup: inops: misellus: æger  
Exhorret: fugit: increpat: laceffit

¶ Ioanni Mariæ Placentino.

¶ Improba clamosi sequeris cur iurgia circis  
Infani lites & fera bella fori

**¶ Liber Secundus.**

**Q**ui potes aonii calso sub uertice montis: *uultus*  
Argutam phoebi sollicitare Lyram:  
Ismarius ueluti quum calsa cacumina uates.  
Parrhais & sauas quas uidet ursa feras.  
**C**armine ducebat uel quum truculenta Chymera  
Placauit dulci pectora flammiumæ  
Causidicis tandem linquas pallatia raucis.  
Quos rabies saui quos decet ira canis:  
Non aganippæas delectant bella sorores:  
Tristia uirgineus non petit arma chorus:  
**Q**uo ruis infœlix: qui phocidis arua relinquit:  
Ut se plebeis ingrat officii:  
**S**e iacit in tumidum uentis resonantibus æquor.  
Cum ualeat placida Ludere tutus aqua.

**¶ Balthassari Crasso.**

**¶ C**andida torquatas poscit Cytherea colúbas.  
Lasciuum numen uictima blanda decet.  
**D**indyma frenato cybeles petit alta Leones:  
Magnanimus magnæ conuenit ille dex:  
**O**bliguos sol clarus equis cito præterit axes:  
An decet ut tardo peruolet astra boue?  
**I**t per sydereos rex falcifer anguibus orbis  
Quid mirum gelido si placet hydra senis:  
**T**igri bacche petis placidi uineta timolis:  
Horrent pauidæ: tympana rauca fera:

¶ Liber Secundus.

Per freta pisce sedes madidus nat cerula Triton  
Obruit unda furens sit licet acer equus.  
Qui mittit pueris mittit qui saua puellis  
Spicula: nil mittit: sint preciosa licet:  
Dent costum: gemas: pinguis det munus amomi:  
Aurum: marmor: ebur: uellera: thura: crocum:  
Sparta: tyros: patala: panchaia: caucasus: hermus:  
Euboicum littus uel thasos atq; tagus  
Qui petit hanc crasso: dent dulcia carmina uates  
Vatibus: & claris nomina clara uiris:  
Militibus galeas: pueris follemq; trochumq;  
Nil dat: qui non dat: quæ dare dona decet.

¶ Danti Aligerio.

¶ Non ego sed uirtus laudat te: cynthius alto  
Laudatur croceis q; nitet axe comis:  
Carmine ni dulci fleret scelus attica pellex:  
Tereos haud claræ nomen haberet auis:  
Dulciter obliquis mazandri funera ripis:  
Ni sua cantaret non coleretur olor:  
Lydius auratas quoniam pactolus harenas:  
Gignit: ad æthereos tollitur astra polos:  
Quum libet excelsis bimarem sub rupibus isthmon  
Permulcens satyros ad tua plectra moues:  
Est tuus Aeurotas: Helicon: Delosq; Rhodosq;  
Est tua pimplæo quæ cadit unda lacu:  
Hectora cur fortem: cur fama canebat Achillem  
Egregios uirtus non tacet alma uiros:

**¶ Liber Secundus**

Nobile laudari decus est: rem laudibus aptam  
Eximiiis facere: est sed magis egregiam.

**¶ Bernardino Maffebono:**

**¶** Mortales fateor cælestibus ætheris astris  
Pellimur: ut madidis uncta carina notis.  
Iugera per grauidas hinc surius urit aristas  
Decoquit ardenti scindit & arua face:  
Flatibus hinc scythici boreæ glaciemq; niuemq;  
Frigoribusq; suis frigida densat hyems:  
Hinc Bellona furit stimulis agitata cruentis:  
Hinc mouet idomitos Mars truculētus eq̄tos:  
Inde: salus: morbi: pax: foedera: iurgia: lites:  
Sydera. non generant nos sine patre tamen:  
Sol: Mars: Luna: Venus: Saturnus: Iuppiter: Arcas  
Non nostræ formam frontis & oris habent.  
Dat genitor mores: animam dat sanguine mixtā:  
Dat uultus: oculos: brachia: crura: pedes.  
Nascitur icterico patre cur si sydera poscunt:  
Quæ bona sunt tantum filius ictericus:  
An coelum ægrotat? generant nos crede parentes  
Arrigitur nullis mentula syderibus.

**¶ Antonio Caballo:**

**¶** Accedam tumidas nūquid male sanus ad urbes  
Si nihil est in me quod petat urbis amor:  
Ambicio ciues agitat uasana superbos:  
At mihi displicuit semper inanis honor:

**¶ Liber Secundus.**

Illorum pectus Crassi premit improba pestis:  
Me Curii mores Fabriciiq; decent:  
Furta sequi Veneris gaudent scelerata procaces:  
Aligeri fugio tela facesq; dei:  
Sumen aprumq; uorant:boletos:ostrea:mullos:  
Est lactuca satis nobilis esca mihi:  
Per fora clamosas exercent stridula lites:  
Nil clamore mihi tristius esse potest:  
Inter se certant odiis:rabidoq; furore.  
Dulcia tranquillæ foedera pacis amo:  
Expellunt:rident quem non tegit aurea uestis.  
Me rudis & pullo uellere læna tegit  
Vrbem non igitur poscam quæ nil tenet urb is.  
Vrbs est in medio rure beata mihi.

**¶ Comiti Fulgolino:**

**¶** Fulgentes aures bonis Thalia:  
Fulgosi thalamos petas tyranni.  
Sed uultu caueas libidinoso:  
Ne pergas ueluti soles petulca  
Quum cantas Veneris nimis salaces  
Motus:delicias:iocos:rapinas:  
Non molles Triniæ coluntur ara:  
Isto sub duce:non tagi puellæ  
Saltant:non Bromii quatit furentis  
Thyas cymbala:sistra uel sacerdos.  
Quæ plorat Pharii bouem Canopi:  
Non inter Sybariticos Cinædos:

¶ Liber Secundus.

Infanæ pathici cubant Cybellis:  
Sed ponit grauitas Catonianos  
Mores ordine: candidus decensq;  
Est iunctus pudor aureo decoris  
Est clamens pietas: fidesq; recta:  
Est sinceris amor: probus: pudicus:  
Virtus deniq; quælibet facelli  
Huc currit uelut ad fores amici:  
Nam princeps domus inclytæ Solonis:  
Lleges continue legit uerendas:  
Et cur nimbi sonas maris procellas:  
Venti concutiunt: tremat uel orbis  
Et crebris facibus micent olympe  
Iignes quam sonitu pòli resultant  
Horrendo gemini: mouetur axis:  
Cæsus qua ratione: quaq; lege:  
Sol cancrum petit: & petit iuuentum:  
Qui cœlum teneant dei profundum  
Quid trinum numero Iouis sub uno  
Numen numine disputat docetq;  
Cuius candida quum uidebis ora:  
Demissis oculis: genuq; flexo:  
Dicas talia uerba te monemus:  
O sacrum latix decus Camænx:  
Phœbi perspicuum iubar nitentis  
Vultu me lege te precor benigno:  
Læto: sydereo: Lacus paludes:  
Syluas: iugera: flumina: antra: colles  
Namq; inter canimus Leues auenas:



¶ Liber Secundus.

Dura uersiculos Marone dignos  
Dulces: grandiloquos: graues: seueros  
Det Baptista tibi sacer poeta:  
Qui rupem bimaris tenet corinthi:  
Eurotam: Lyciam: rhodon: recessum  
Et quo delphica concinis sacerdos:  
Non mel dant culices: apes beatum  
Si nectar petis: est opus requiras.

¶ Epitaphium Gasparis Perusini

Mucronē dederat cui Mars ferus: agida Pallas:  
Strenua cui Veneti bellica signa duces:  
Gaspar habet corpus tumulo Perusinus i isto:  
Mucronem mars hic: agida Pallas habet.

¶ Eiusdem.

¶ Mēte gravis: pietate: fide p̄bus iclytus armis  
Ductor agens Veneti martia castra ducis:  
Te Gaspar puline tegūt hęc marmora: uos hęc  
Marmora mens pietas arma fidesq; tegut.

¶ Eiusdem.

¶ Ductor magnanimus leonis inter  
Ductores Veneti feros sepulchro  
Hoc Gaspar Perusinus ossa claudit:  
Si quantus fuerit requiris ultra:  
Non nōscis puto martios triumphos.

**¶ Liber Secundus.**

**¶ Francisco frisono de somno Syluicæ**

**¶ Frondosa recubare cum sub umbra**

Vidissem roseos meam puellam

Flores inter: & alba per ligustra

Corpus candidula suum tegentem

Quod non candidulum toga tegebat:

Vitrum purpureas rosas ut album

Clari fluminis aut aquæ lapillos

Suspensus gradibus leniq; motu

Accessi: refouebat illa lassæ

Cordis spiritulos: premens cadenti

Lympha uertice pectoris meatus:

Cornu flexile: pendulam pharetram:

Lyncis quam maculosa pellis atq;

Ornabant uario decore tela:

Dextra non procul a sua tenentem:

Errans somnia uana quæ & per ore

Incerto & tenui locutione

Ventis uerbula murmurabat ista.

O charo mihi charior parente:

O dulci mihi dulcior sorore:

Me iocundior: o mihi meaq;

Vita gratior: o mei lepores:

Cor: mens: delitia: iocæ: uoluptas

Amplector Ioue te fauente tandem

Tandem te manibus meis & ore

Te te libera bassare possum:

Tangas nectaris o: tui papillas

¶ Liber Secundus.

Tange: o tange manu tuos amores:  
Quid cessas: teneris pio labellis:  
Dente inferre notas: & omne corpus  
Nostrum hoc ducere cyprias ad aras:  
Inter me medios sinus cubantis  
Tunc mox composui osculis petentem  
Et multis satiare saepe coepi  
Iungens pectora pectori: simulq;  
Os ori: manibus manus: femurq;  
Exultans femori: labore grato:  
Lumbis sub tremulis: micante lingua  
Flexis cruribus anxio uel ore:  
Et dulci Venerem citare pugna:  
Credam nunc sapientibus probisq;  
Verum est omnia nos quæ imaginamur  
Nobis fortiter euenire casu:  
Hæc est regula dulcis & faceta:  
Hæc si sunt sophiæ probata dicta:  
Curo dogmata nil Catoniana  
Nec sæui tatii: numæq; mores  
Hirsuti celebrent suum solonem  
Nos tantum lepidi decent libelli

¶ De Laudibus Syluiæ. Frâncisco Bonallio

¶ Sit cœli uirtus sint sydera fortia quamuis  
Et ualeant uires sanguinis: atq; loci.  
Strenuus hinc quis sit fortis. probus atq; beatus  
Fortior est tamen his imperiosus Amor:  
Infortunato nam syluia nata sub astro  
Scorpius. ardentes cum tenet acer equos:

¶ Liber Secundus

Vallibus in medijs duro generata subulco:  
Inter equas recubans semper & inter oues  
Compositis loquitur uerbis: & murmure blando  
Rustica nil duræ rusticitatis habet:  
Incessu graditur lento: risuq; modesto:  
Aemula purpureis floribus ora mouet.  
Naturam Cœli motus geminosq; parentes  
Sanguinis atq; loci nobilitant Amor.

¶ Petro Brauo de ægrotatione Syluiæ

¶ Syluia feruenti mea soluitur hemitritæ:  
Pressa uelut geticæ sole calente niues.  
Aestuat & tumidis agit præcordia uenis  
Exhalat nebulas tristis & ore graues:  
Vincebant biferi quæ picta rosaria pesti:  
Obscurat croceus pallida labra color:  
Squallent ora situ maties turpissima membrum  
Attenuat: rabida corporis omne fame  
Non ornant crines niceæ non tempora uitæ:  
Candidulum pectus flammea nulla tegunt:  
Ordine non recubat: nunc huc nunc uoluitur illuc:  
Nec curam sancti casta pudoris habet.  
Mactaui cereris natæ stygioq; tyranno  
Et taurum & nigras relligiosus oues:  
Ferret. adhuc: uates medicos oracula diuum  
Ut mea lux: ualeat consule Petre rogo:  
Si tibi cura mei est: uno nam uulnere ferret  
Flumine mors nigro sub stygis una duos:

**¶ Liber Secundus.**

**¶ Marco Antonio Mauroceno**

**¶ Maurocene fauet posita cui gorgone pallas**  
Cui iam se totum pulcher Apollo dedit:  
Si pia delectant iuris te foedera sancti  
Candida si patrii diligis acta fori:  
Regia tecta petas ubi dux solet atq; senatus  
Romuleo leges composuisse modo:  
Et quasi torum subsellia maximus inter  
Dic age quod laudet Romulus atq; Nutia:  
Tam cito fas non est causas cognoscere: non est  
Fas capitis poenae tam cito ferre manum:  
Sapius infontem uerbis accusat iniquis  
Improbis: innocuos dillaceratq; uiros:  
Gignit abortiuos excusso pectore foetus  
Foemina legitimam quae: parit ante diem:  
Sape cadit: celeri properat qui currere passa  
Cogitur & media saepe iacere uia:  
Qui bonus est iudex geminas examine lances  
Dirigit aequata subleuat atq; manu:  
Audiet Augustus: si talia forte. rogabit.  
Ut tua non damnent dicta uerenda patres  
Non possum certe dices mihi: maximus ipse  
Sed cum sis Marcus maxima Marce potes:

**¶ Liber Tertius.**

**¶ Ad Magnificum Ludouicum Martinengum.**

**s** E tibi quum sensit noster Lodouice dicari  
Liber agis tardas desidiose moras  
Pamphile clamauit: qd stas: da Cornua fronti  
Aurea: purpurea me quoq; Veste tege:

**Exornes cædro: securus limina doctus.**

**Quæ probus ipse colit: zoilus atq; petam.**

**Nostra legent omnes demissa carmina fronte:**

**Nomine nam cuius sydera clara petam:**

**Ob sanctos animi mores: ob numina: nostri**

**Delitias generis compita quæq; uocant:**

**Qui Celebrat dominū: seruū fouet: iclyta: Magna**

**Aurea quæ non sunt aurea reddat amor.**

**¶ Suburbanum Xanctini aurificis laudat.**

**¶ Angustæ Credis Xantini Culmina Villæ:**

**Paruaq; sub paruo limina clausa loco:**

**Exiguum quoniam Tectum est & limina parua**

**Falleris hæc magna est hæc spaciosa domus:**

**Sexcentum thalamos thalamis capit ista. duobus:**

**Longa sub angustis Atria limitibus.**

**Porticus est ingens: immensa Cubilia: thermæ**

**Vestibulum: cellæ: pergula: crypta: penu:**

**Miraris: Magnus locus est: qui limina parua.**

**Paruus habet Magnis semper aperta uiris:**

**Libertas quem blanda Colit: quem casta uoluptas.**

**Qui tenet aoniis regna dicata deis:**

**¶ Liber Tertius.**

**Q**uãuis uasta domus surgat: sunt parua tenacem  
Et solum: dominum limina quæ capiunt.

**¶ Ad Georgium Vallam:**

**L**umina niliacæ centum clausisse iuencæ  
Custodem cytharæ carmine moenaliæ  
Hæctoreæ phœbum mirabar pergama Troiæ  
Concentu querule composuisse lyra:  
Nec non cadameas Amphion uersibus arces  
Placasse eumenides orphea tartareas:  
Isthmia te bimaris miror nunc saxa corintheta  
Tam doctum docta sollicitare cheli.  
Inter mortales te solum mirer ut omnes  
Pierias merito quæ coluere deas:  
In saxum fatis est: quoniam plus uertere saxum  
Aspera quæ dulci saxa mouere sono.

**¶ Magnifico Ludouico martinengo:**

**F**orte times saxi truculento uulnere fati  
Ne rapiat natum mors uiolenta tuum:  
Quod nimium prudēs: primis quod sedulus ânīs  
Componit dictat: differit: urget: agit:  
Non opus est timeas: nam quis mors fera: ciues  
Aspiciens alios hunc putat esse senem:  
Te spectans puerum: uix credit ab ubere raptum:  
Bis pater es: natus te patre: bis puer est:

¶ Liber Tertius.

¶ Marco Antonio Sabellico.

¶ Qui nūc principibus nostris ducibusq; placere  
Oprat: & imprimò posse sedere gradu:  
Consulis & fasces equitum uel ferre magistri  
Præmia uel phixi uellera diues ouis:  
Vrbibus & leges & fœdera ponere genti  
Ducere laurigeros subiuga uictor equos:  
Inclita non magni non Cæsaris arma sequatur  
Non fieri studeat Romulus atq; Numa.  
Noscere non rerum causas: non culmina Cynthi  
Scandere: non dulces composuisse sonos.  
Non quid sint numeri: spatiis quibus oia cõstent  
Gramaticos spernat: spernat & Astrologos:  
Sed fieri cupiat parasitus: moechus adulter.  
Fellator: draucus: mango: lanista: coctus:  
Sit pedico simul durus mollisq; Cinædus  
Principibus nostris: sic puto gratus erit.

¶ Petro Volsco.

¶ Petre mihi dicunt multi q̄ Martia quarant:  
Quæ posuit forti moenia fratre Remus.  
Quam petit Illyricus Tanaim colitatq; niualem  
Quiq; Borystheneo quem ferit urfa gelus  
Quiq; manent torui flexo sub poplite Tauri  
Quiq; Cleonæi regna leonis habent.  
Pontifices celebrant nostris quibus orgia uannis



¶ Liber Tertius.

Tympāna clamoso nec corybante sonant.  
Deniq; dat leges ubi maximus ille sacerdos  
Ille ille interris qui gerit arma Iouis.  
His ego Cæsa petā magnæ Cur moenia: Romæ  
Credulus: hic uita qua ratione fruar?  
Morio qui non sum: gladiator: uel Citharæ dus  
Nosco nec antiquis condita uina cadis.  
Nescio pollicitis blandas qui nocte puellas  
Ducere: uel Teneros ad sacra tecta mares  
Hæc pathicus meretrixq; petant: nãq; oīa Romæ  
Cunnus & imberbis munera culus habet.

¶ De Bello Gallico.

¶ Flare solet Zephyri placidū quotpe murmur  
Flat uentus Scythici qui uenit arce poli:  
Phrixæ fulget coelo quo portitor Helles  
Mense: pluunt largas piscis & hircus aquas:  
Nix cadit aurati pingunt quum gramina flores  
Tristis & infandum flet philomela nephas:  
Ad latium ueniat ne gallica turba beatum  
Cæsaq; magnanimi Cæsaris aula cadat:  
Et uos Ausonii reges in uestra mouetis  
Pectora uictrices Marte furente manus:  
Quæritis ut sæuum rapiat uel limina Vulgus:  
Itala: sub duro uos premat atq; iugo:  
Eia age martigenæ soboles generosa Quirini  
Agmina Romana barbara pelle manu:  
Iungantur Veneti castris tua castra Leonis.

**C**Liber Tertius.

Italiae solus qui pater arma gerit:  
Nungd adhuc Gallis credis Florentia? florem  
Si bene caeca putas diripere tibi:  
Et tibi fulua tuum rapuere Neapolis aurum  
Dona: greges: menfas: iugera: uasa: domos:  
Vincetis fugient hostes: quid corde timetis  
Sollicito: parent quis sacra regna Numae:  
Altra fauent uobis: Venetus fauet atq; senatus  
Nil contra Venetos altraq; summa potest:

**C**In eo Idem.

**C**Galle feræ spiris iunxerunt tristibus hydræ  
Auspiciis quæ te numina dira malis  
Qua tibi blanditur cauda letale uenenum.  
Spargere funesto uulnere saua parat:  
Quæq; nitent teneræ facies uelut ora puellæ  
Gorgonei uultus post breue tempus erunt.  
In la pidem qui te uertent horrenda rigebit  
Quæ splendet nitidis aurea squama notis:  
Adde q̄ alci d es illi se iunxit amica  
Pace colubriferum quo leuat illa caput:  
Ergo fugam capias infelix dum potes: hostis  
Vipera nam gallis semper acerba fuit:

**C**In eundem:

**C**Cristatum nõ Galle caput sup æthera tollas  
Si uicere tui plurima regna patres  
Atq; Iouis loetos uelati fronde iuuenos

**C**Liber Tertius.

Phoebea sacris saepe tulere focis  
Namq; palatino bis sex sub nomine scripti  
Ductores: quorum maximus unus erat  
Vulnera non capiens fatorum Munere: qui iam  
Aerea scindebant ensibus arma suis  
Vt fragilem ferro glattem: uitreosq; trientes:  
Vt teneras lactis frangimus atq; pilas:  
Aspiciis non bella tuis plus maxima tractant  
Inter semideos turba beata duces  
Nec quibus inuictos uincas tibi Iuppiter hostes  
Misit ab excelsis aurea signa polis:  
Galle cades: sumptis nã qui spem ponit in armis  
Alterius: cum sit debilis ipse cadit.

**C**In eosdem

**C**Forte putas uenetum demes superare leonẽ  
Galle: quod alcides te duce bella mouet  
Amphitrioniades non est hic fortis & acer  
Qui stygium coeca traxit ab arce canem  
Qui puer elysis squamosos faucibus angues  
Depressit. tenera matre pauente manu:  
Strenuus Antheum qui pectore uertice coelum  
Sustulit: & sauis dilaceranda feris  
Membra ducis posuit: taurũ: stymphalidas: hydrã  
Qui domuit ceruam menaliumq; suem  
Quiq; cleonæi succinctus pelle leonis  
Tristia neglexit coniugis arma louis  
Nec leo magnanimus clauas timet iste salignas.

¶ Liber Tertius.

Robora sed ferrum saxaq; dente secat.  
Inuictus terræ pedibus tenet atq; duobus  
Regna potens: aliis quas mouet eurus aquas;  
Quum libet ad cœlum geminis uolat ipigeralis.  
Et sacer ætherei se locat arce Iouis.  
Quid facies uani delusus imagine somni  
In laqueos tandem Galle proterue cades:  
Nam tuus Alcides falso dux nomine tantum:  
Est Venetus uero nomine req; leo.

¶ In reges Latii.

¶ Quid facitis latii reges: capitolia Galli  
Romuleiq; tenent regia tecta Numæ:  
Templa: domus: circi: subselia: rostra: colossi  
Pegmata: pyramides: amphitheatra cadunt:  
Sena iacet: Pisa: Florentia: luna: Volatra  
Mœnia discordis uicta iacent Genuæ:  
Ardea barbaricos pœstanaq; rura tumultus  
Formidant: cladem sicelis ora timet:  
Accola lædei trepidus parat arma phalanti  
Arma bibunt undis quiq; galese tuis  
Proh scelerata fames auri uenisse putatis  
Nunquid adhuc hostes ad pia regna truces?  
Argentum miseri: pretiosa monilia mensas  
Seruate: & largis parcite diuitiis:  
Ut iuga uos rapiat miles sub dura cruentus  
Et laceret saua pignora uestra manu:  
Libertate ualent auri sine munera nil: qui  
Aurum plus iusto rex petit. ille cadet.

¶ Liber Tertius.

¶ De Laudibus Urbis Brixia.

¶ Urbem qui quærit deceant quam nomina uera  
Urbis: & imperii fama: decus tituli  
Hanc petat: est quoniam glebis foecunda: metallis:  
Fulua: racemiferi nectare plena Dei:  
Vellere tecta suo quæ murice tinxit: oliuis  
Fertilis: armento lata: beata grege  
Fontibus exundans nitreis: florentibus herbis  
Picta: croco foelix: sole: solo: Zephyris  
Pace proba: clamens: hilaris: præstantibus armis  
Strenua: non una est Brixia: se superat:  
Egreditur semet: regnum est: si munera quæris.  
Vna est: unius pectora si populi.

¶ Eiusdem.

¶ Condidit hanc urbem quis? galli moenibus acti  
Non: quia gallorum non habet hæc rabiem:  
An germanus atrox: non credas: perfida non est.  
Non cupit indomita cœrimina clade sequi:  
Quid petis hæc? oculis percurras: moenia: cæpos.  
Antra: lacus: syluas: lugera: prata: domos  
Inuictum robur populi: uiolenta mineruæ  
Pectora: belligeri tela: facesq; Dei:  
Herculis hanc dices fondauit dextra: superbum  
Hoc opus est: dextram quod decet Herculeam.

**¶ Liber Tertius.**

**¶ Eiusdem.**

**¶** Artem si spectes qua perfida certat Arachne:  
Iurabis sola hæc moenia pallas habet:  
**Si** methymnæis pendentia cecubâ ramis:  
Solutus in hac Thyasos urbe lieus agit:  
**Si** galleas: enses: clypeos: tormenta: sagittas:  
Mars ferus hic acies: duraq; tela: mouet:  
**Si** Vates: regnat phœbus: si candida pictæ  
Dogmata rhetoricæ: regnat Atlantiades:  
**Si** res: & nummos: hilaris fors atq; beata.  
Si mentem: & corpus: Iuppiter & genius:  
**Omnia** si simul hæc: omnes Dii sūt simul: urbē  
**Quis** putet hanc: omnes sunt ubi calicola?

**¶ Eiusdem.**

**¶** Romam tendebat: uidit te Brixia: gallus  
Hæc Roma est inquit: moenia iam uideo:  
**Arx** tarpeia caput tollit super æthera cælsum:  
Ianiculus longe: respicit exquilias:  
**Flaminius** ludit circus: fera pugnat harena:  
Fulget imaginibus: Casariana domus.  
**Cui** ciuis: falsum est qđ credis: falleris hospes.  
Herculea est: non est Brixia romulea:  
**Discessit:** Romam: mores & moenia uidit  
Clamauit temet: Roma fugis miseram:  
**Nūc** captus: nūc sum dceptus: Brixia Roma est  
Hic fama est: illic res uiget: Vrbs ualeas.

¶ Liber Tertius.

¶ Eiusdem.

¶ Brixia qui dicit Veneto seruire Leoni  
Te: nescit: quid sint regna: nec Imperium:  
Non seruit qui uult: seruit seruire coactus.  
Qui seruit: bello uincitur: aut emitur  
Te ducibus Venetis nō uicta aut empta dedisti:  
Non igitur serua es Brixia: sed socia.

¶ Eiusdem.

¶ Herculeæ populos aliis cur maximus urbis  
Præponat ueneta qui deus arce sedet:  
Scire cupis: fuluum præponit sedulus aurum:  
Argento: sterili iugera culta solo  
Qui iuga concutiens scindit ui iugera Taurus:  
Dum nolens scindit iugera: perdit opus  
Vis dicam paucis: natos sua pignora uictos  
Sat plusq̄ seruos diligit: & merito.

¶ Eiusdem.

¶ Cum ueneris natum uidisset in arce: sedentem  
Herculea: magni uertice nata Iouis  
Clamauit: celer hinc: fugias scelerate Cupido  
Si nescis: solam Brixia me celebrat:  
Cui Veneris natus: faciles mea iura puellæ  
Seruant: te celebrat uir grauiq; senex:  
Quæ mea sunt: tua sunt: urbs quæ nunc tollit amorem  
Est nimis inculta simplicitate rudis.

**C**Liber Tertius.

**C**Eiusdem.

**C**Pyramides tollat memphis: iactentur honores

Maxima quæ magne templa decent triuia

Laudet arionias rupes parnastica sedes:

Punica cornigerum laudet harena Iouem:

Mirentur tumuli regis miracula cares:

Miretur sub se Brixia quicquid habet:

Pyramides: thermas: circos: delubra: colossos:

Rostra: palatinas tecta superba domos.

Omnia nam superant hæc artem: credere posses

Vix oculis: urbs est Brixia quicquid habet

Mirari decet hanc: que tot miracula claudit

Nobilis haud uno munere nobilis est.

**C**In Bombarderam.

**C**Forte petit summos dū Bombardera penates

Vt phœbi radiis: humida lina daret.

Astra timens coeli ne scanderet aurea cælis

Præcipitem tectis: hanc Venus alma dedit

An mea tecta coles? an te mars noster amabit?

An me deposita: tu Venus inquit: eris?

Mortalem te disce meis sub uiribus: illa

Decidit: o casus candida conditio

Hoc decus est ingens: quid plus sibi foemina posset

Quærere: quàm Venerem reddere Zelotypam.

**C**In Cantharum.

**C**lura maritalis quærit dum soluere legis

Cantharus: & cunno uulnera ferre nouo:



**¶ Liber Tertius**

**V**xoris laudat mores:hortatur Amicum.  
Hanc ducas:si uis ducere Penolopen:  
**H**anc noui:casta est:hilaris:foecunda:uenusta:  
Pulchra:decens:facilis:sedula:cauta:sagax:  
**C**antare qd clamas:quid murmura perdis: Amicus  
Respondit:nimis est:hæc bona si tua sit  
**N**olo nimis castam:nimis hanc dū cāthare laudas:  
**V**t perdas:reddis Thaida Penolopen:

**¶ De bello gallico ad Augustinū Barbadicum**  
**¶** Mars ferox coelum tenet omne:sæuit  
Impetus belli sceleratus:ardet  
Ira:uesano rabies tumultu  
Concutit arma:  
**E**xcitat flammæ odium latentes  
Liuor inflatos animos cruentat  
Estuat dirus furor:& malignus  
Ardor habendi:  
**F**urta de furuis saliant cauerhis:  
Cæca de cæcis latebris rapina  
**T**ollit e sæuæ gremio Megeræ  
Vis caput atra:  
**I**nduit luctus piceos amictus  
Cote letales acuit cruenta  
Quæ rapit mūdū fera trux sagittas  
Et capit ensem:  
**F**ugit horrendis stimolata telis  
Pax sibi uultus lacerans modestos:  
Aequitas:leges:pietas:fidesq;  
**T**erga dedere:

**C**Liber Tertius.

**C**antabros: celtas: arabes: lycambros:

Sarmatas: Traces: cilices: sabeos:

**Q**ui bibunt clarum quoq; fabulosi

Flumen hydaspis:

**P**allados pectus latium furentis

In ferum mittit: sonitu remugit

Inachus: nilus: tanais: garūna:

Ister: iberus:

**S**udat atneis siculus caminis

Dum faber tundit galeas & enses:

Sudar ardenti retrahens ab igne

Tela Pyragmon.

**P**arthus armatur: capit arma dactus:

Cœcropis gentes: ephyres coloni

Colchicus miles: pelopis nepotes

Praelia clamant:

**O** sacrum crimen: cecidit potentis

Romuli regnum: sine clade turmis

Gallicis cædés: posuit quod orbem

Sub iuga totum:

**P**orsena quod non potuere uires

Maxime: Pyrri populusq; fortis

Hannibal longo superare bello

Nec Mithridates:

**B**arbarum uulgus domat: incruenta

Gloria tellus: Fabii: Camilli:

Cæsaris magni: Curii: Catonis:

Tam cito uicta est:

**¶ Liber Tertius.**

**P**roh pudor martis generata proles  
Sanguine inuicto patitur cathenæ  
Ferre captiuo uiolenta collo  
Vincula duræ:  
**N**on nitet claris solet ut triumphis  
Vrbs Remi: celsæ cecidere turres  
Porticus: circi: fora: templa: thermæ  
Rostra: colossi:  
**R**ex fugam coepit calabrum timore  
Pulsus imbelli: silarum: galesum:  
Aesarum: lirim: tyberimq; gallus  
Possidet acer:  
**T**usca gens seruit: titulos Volatræ  
Senaq; claros posuere: plorat  
Flore quæ pulchro miseranda pulchrum  
Nomen habebat:  
**V**ndiq; assurgunt lachrimæ: dolores:  
Pœnaq; Troiæ: cadet aula magnæ:  
Ponet: o ponet latium coronam  
Scaptraq; captum:  
**I**uppiter quondam uelut arce samina  
Nubibus pressis pluuiæ capellæ  
Obruit terram: scelus ob prophanum  
Gentis iniquæ:  
**V**ret ardenti truculentus igne  
Nuncq; mortales: Veneris proteritæ  
Improbos tantum Bromiiq; cæca  
Dona sequentes:

**¶ Liber Tertius.**

**Quæ** diu sedes tenuit superbas  
Omnium mater scelerum uoluptas  
Tristis: infernos opus est poenates  
Ut petat acta:

**Sed** furit magnus Leo qui marinæ  
Tethyos regnum tenet: unus alpes  
Pellet ad gallum gelidas inertem  
Romule gaude:

**Roma** iam surget Venetis triumphis  
Vincet Augustus: reuocabit atq;  
Optimos mores decus & colendæ  
Pacis amicum:

**Vincet** Augustus: ueniet nitore  
Aureo fulgens hilaris serenus  
Annus: infalces pia uel ligones  
Tela coquet pax:

**Vincet** Augustus: renouata calfas  
Urbs remi tollet super astra turres.  
Porticus: circos: fora: templa: thermas:  
Rostra: colossos:

**Vincet** Augustus: Calabrum sub arce  
Dux sedet pulsus: silarum: galesum  
Aesarum: Lirim: tyberimq; gallus:  
Deseret ater:

**Vincet** Augustus: titulos Volatræ  
Senaq; claros capient: canetq;  
Flore quæ pulchro celebranda pulchrum  
Dat sibi nomen:

¶ Liber Tertius.

Dicite o gentes igitur latinae  
Carmen augusti recinens honores  
Tuq; cum Marco faueas latinis  
Maxime Caesar.

¶ Deflet Catellum Amicæ.

¶ Sæua canem nostræ rapuerūt fata puellæ:  
Qui superi nimium delitiosus erat.  
Nam cādore niuem coelo quæ nuper ab alto  
Decidit: & uiolas: & superabat ebur.  
Fulmineo nō dente ferox: non ore minaci  
Non oculis sæuus non tuculentus erat.  
Sed pius & mitis: latratu blandus Amico  
Lambebat positas ad sua terga manus:  
Et qđ uix credes: gemino pede stare solebat.  
Erectus: gemino iussus & ire pede.  
Cantabat iussus: cantantem uerba putasses!  
Dulciter humana dulcia uerba loqui.  
Seruabat positas epulas memsamq; paratam  
Astringens animi tristia uota suis.  
Deficere & potius: ieiunus morte uolebat  
Quam nisi cum domina deposuisse famē.  
Huius in amplexu recubabat: & huius in ore  
Carpebat niueo candidus ore cibos  
Currebat uelox: stabat: ueniebat: abibat:  
Nequitiis dominam sæpe petendo suis  
Egregiis potuit si tot uirtutibus uti  
Hic canis: ingenium quis negat esse feris?

**C**Liber Tertius.

**C**Villa Clara:

**C**Si cur clara uocer: uictor qui me regit: hares  
Non aures tibi sunt: non tibi sunt oculi.

**C**Ad Ludouicum Martinengum:

**C**lugera pampineo tetigi quum grata lyeo  
Quæq; colit ueluti gargara culta ceres.  
Ad tua uenissem sublimia marmore tecta  
Tecta palatina casariana domus  
Sed timui Martis nomen letale: cruenti  
Nec mirum est: Martis sunt fera tela nimis  
Centimanus timet illa gyges timet illa Typhoeus  
Et fera quæ Nessus ipicula sæuus agit:  
Sed postq̄ sensi: doctis te ludere musis  
Hic ubi parnasus surgit ad astra biceps  
Pallados & dulces meditari carmine cantus  
Aegide quum posita: plectra: lyramq; mouet  
Ad te tunc ueni: pallas nam candida Marti  
Iuncta fero: Martem non finit esse ferum:

**C**Ad Faustinum Mazanum: de figura circuli.

Nobilior quæ sit quæ sit Faustine figura  
Dignior ardenti pectore scire cupis:  
Circulus est: coeli conuexum cerne cacumen:  
Orbe rotundato sydera quæq; micant  
Taliter ardentis currit: rota flammea solis

**¶ Liber Tertius.**

Taliter obscura cynthia nocte micat:  
Sufficit ista sibi: se se tenet: omnia claudit:  
Quæ capit: hæc tota est corporis una sui.  
Deficiunt aliæ: formas premit angulus omnes  
Spargitur: angustos destruit atq; sinus:  
Ergo sapis formæ sequeris qui dona rotundæ  
Ut maneat: sed fac circulus ut maneat.

**¶ In Crespinum.**

¶ Quisquis ab aonio sacras helicone sorores  
Ducit ad argutæ fila canora lyræ:  
Cristatus galea: clypeo præsignis & hasta  
Pro miseris subeat bella cruenta Deis:  
His quoniam parua clausit Crespinus in arca  
Plectra: lyram: tripodas: flumina: ferta: choros:  
Et iubet angusta sub pixide ferre choreas  
Ludere: præcipites currere per salebras  
Texere ferta: dapes: instructa sumere mensa  
Inq; nouem thalamis disposuisse toros.  
Currite nã scelus est ingens: quas delphica claudūt  
Nec iuga: grammatica: sub nuce stare deas.

**¶ Epitaphium Marcellæ.**

¶ Qui legis hos tacito: pcurras: murmure: uersus  
Ocia ne somni dulcia uoce fuges  
Mortua nõ iacet hoc quoniã Marcella sepulchro  
Sed dormit longe fessa labore uia:

¶ Liber Tertius.

Non moritur matrona tori quæ seruat honorem:  
Quæq; nihil dignum uulnere mortis agit.

¶ Stephano Gramatico.

¶ Si scelus est in me seriant me fulmina summo  
Ignea quæ ueniunt quum tonat orbe deus.  
Vrat & exardens siculis me flamma caminis  
Quum fera turbatus concutit arma faber.  
Scylla meum laceret corpus:laceretq; chimera:  
Quæ uomit & tumidas cæca carybdis aquas.  
Non durant sub sole niues:uirtute sub ipsa  
Et scelus:& moriens cæca libido cadit.

¶ Mercurius alloquitur Sigismöduum Gonziacum:  
¶ Thus redolet:sonat:as:sydus sum solis amicū.  
Placantur superi:lumine:thure:sono.

¶ In Petrum Aduocatū.

¶ Res stabilis nulla est sub cælo:florida campis  
Herba uelut caruo uomere pressa cadit  
Soluitur in Zephyros mortalis uita:sepulchri  
Certa dies:fluctus nos rapit ad stygios:  
Rustica quæ Petrum:non Petrum dextra peremit  
Qui gladio periit:non periit gladio.  
Hunc fors:hunc sœuo mactauit uulnere cœlum  
Hunc nimium Fati perfida conditio.  
Ex alto quicquid patimur uenit:omnibus est mors  
Non uario magni pectore scripta Iouis:



¶ Liber Tertius.

¶ Ad eundem.

¶ Quid fles: qđ fodit me uulnere rusticus: ipse  
Me fodi: non me perfidus agricola:  
Hunc uidi: poteram ueloci cedere cursu:  
Non cessi: tenuit me: mea uis animi  
Non me cedentem formidans cuspide fixit  
Tunc cecidi: fuit hoc cedere non cadere:  
Rustica tela fugit: qui ne moriatur inertis:  
Rusticus obscuro funere bis moritur:  
Nec mihi cor dānes: poterat nā pēdere uulnus:  
Atq; meo uitam perdere sub gladio:  
Vulnera certa dedit: perii: fuit inclyta uirtus:  
Qua mansi: moriens: fors fera qua cecidi:

¶ Ad Marcum Sannutum.

¶ Prætor habet nūmos: & pingua iugera: qđ tū?  
Mondinus nummos: ruraq; diues habet.  
Veste tegit corpus tincta bis murice: quid tum?  
Se coquus: & tonsor: ueste tegunt rosea:  
Fert gēmas: auri fert maxima pondera: qđ tum?  
Fert aurum: & gemmas: cerdo: faber: lanius:  
Describit coelos: describit sydera: quid tum?  
Et sacer: & magnus dicitur astrologus:  
Scit rerum causas: naturæ dogmata: quid tum?  
Hunc gens quæq; nouum dicit Aristotelem:  
Consultit: auget: alit: prodest: dat munera: quid tum?  
Asserit hunc ueneta quilibet urbe patrem.

¶ Liber Tertius.

Cū multis populo similis: popularis & ipse est:  
Cum paucis deus est: atq; sibi similis.

¶ Ad eundem.

¶ Quum procul a patria uideo te Marce: senatū  
Aspicio uenetum: tunc procul a patria:  
Te sine quum uenetum propria sub sede senatū  
Nec te: nec uultus Marce tuos: uideo:  
Hoc decus est magnū: totum capis ipse senatū:  
Et patriam: non te totus uterq; capit:

¶ Ad Eundem.

¶ Quisquis auet coeli ueloces noscere cursus  
Tristia saturni sydera: lata iouis:  
Aeteris obliquos axes: quos nubilus Auster:  
Quos uidet arctoi parrhasis ursa poli:  
Consulat hic Marcum sannutum: taliter are  
Omnia nam fuluo sydera composuit:  
Se magis ut tali miretur Iuppiter orbe  
Quam uero: ueram credat & esse domum  
Nec se decipiat: quoniam mouet ordine recto  
Se peragens: uariat temporis atq; uices:  
Tempore uigemus longo nam Iuppiter unus  
Est geminus: geminum se quoq; mundus agit  
Iuppiter ipse iouis uita: dat munera: Marci  
Dat quoq; mortales mundus uterq; fouet:

¶ Liber Tertius.

¶ Ad Marcū Antoniū Maurocenū.

¶ Pulcher es: & nitidus: qd tum? natura probatur  
Talia quæ potuit munera ferre tibi.  
Diues es: & nitidus: quid tum? fortuna probatur  
Talia quæ potuit munera ferre tibi  
Prator es: & clarus: quid tum? gens clara probatur  
Talia quæ potuit munera ferre tibi.  
Pulcher es: & castus: quid tum? tu Marce probaris  
Qui iungis formæ dona pudiciæ  
Diues es: & largus: quid tum? tu marce probaris  
Qui diues rapidam spernis auariciam  
Prator es: & iustus: quid tum? tu marce probaris  
Munera qui fugiens: iura fidemq; colis  
Res magna est: cum sis pulcher: diuesq; potensq;  
Sis castus: iustus: sis pius atq; probus.

¶ Ad Heliam Capreolum.

¶ Non ego quæ poscis merito tibi dulcia mitto  
Carmina: ne rumpam foedus Amicitia  
Sancta fides uult hoc: ut dicat amicus amico:  
Quæ mea sunt: tua sunt: tu tibi sume tua.

¶ Ad Marsaticium Pamphilicum.

¶ Quid fles: quid querulis cies profundi  
Lamentis nitidos lares olympi  
Aures quid Iouis incutis beatas

**C**Liber Tertius.

Marcellæ tumulus tuæ quod ossa  
Paruus candida continet: diemq;  
Quod clausit tenero tenella cursu:  
An nescis rapidos rotæ uolatus  
Fatorum genus omne quod sub astris  
Viuit præcipiti sequi ruina:  
Quisquis nascitur anteq̃ serena  
Spectet sydera: natus illa spectat:  
Stat: currit: loquitur: tacet: quiescit:  
Nondum mortuus & iacet sepultus  
Fixus terminus est necis: dierum  
Signauit numerum pater deorum:  
Exorant stygias preces sorores  
Nullæ non precibus mouentur astra:  
Non plus uiuere sordibus sub istis  
Marcellam decuit: pati nec orbis  
Virtutes potuit sinu tot amplas:  
Terreno tenera: grauis: iuuenta:  
Clamens: casta: pudica: munda: simplex  
Nam pulchro fuit & decora uultu:  
Sublimes igitur domos opacas  
Has relinquens petiit beata: fas est  
Summos scandere nam deos petitates:

**C**Ad Petrum Martirem Magistrum ludi & Poetam.

*Ad Caesarem*

Magna parat sumos latii tibi regna triumphos  
Te manet Ausonii regia quæq; solis  
Romulei te iura petunt ueneranda senatus

**C**Liber Tertius.

Te senis anguigeri sceptrā beata uocant:  
**Q**uid dubitas iā tēpus adest: Rex iclyte. quid stas  
Iamdudum tardas littore solue rates:  
Ecce leuis placido tibi murmurat aura susurro.  
Nullaq; sedato tollitur unda mari:  
**P**oscit equus frenum: clypeos & tela cohortes.  
Viribus a nullis spicula missa uolant:  
**P**erse letalis uagina liberat ensis  
Perse balistæ moenia pulsat onus.  
**A**n melius phrygiæ berecinthia cymbala matris  
Tympanaq; ismarii sollicitare Dei?  
**A**dde quod aratas superum facit ira sagittas  
In sua crudeles uiscera: ferre duces:  
**Q**uid stas rostra gemūt: plorat capitolia: stridēt  
Exquiliæ: Petri limina: templa Iouis:  
**I**mperium Romæ si iam tibi roma dicauit:  
An pateris regni iura perire tui?  
**M**agnus magna facit: tu maxime maxima: tandem  
**P**ro Roma Cæsar: Cæsaris arma cape.

**C**Ad Leonicum Patatinum.

**C**Scribis carmine dum meæ puellæ  
Vultus sydereos: comas nitentes:  
Pectus candidulum: pedem tenellum  
Argentum: uiolas: ebur: colostrā  
**Q**uæ uincit niueo colore: dextram  
Illam sic proprio decore formas  
Ut uinas habeat duas figuras  
Hæc est candidior puella cygno

**C**Liber Tertius.

Hæc est lampade clarior serena  
Hæc est charior indicis lapillis.  
Hæc est quæ grege mollior petulco  
Ridet bellula:bellule iocatur.  
Currit per uirides proterua campos.  
Cervos & lepores agens fugaces.  
Hæc est tyndaris aureos capillos  
Cui quondam dedit æmulam rosifq;  
Pestanis faciens Venus uenustam:  
Qui fulgent oculos magis uel axe  
Phœbi:tergora quam micant Leonis  
Pallas pectora:brachium Diana  
Hic omnes Veneres:cupidinesq;  
Spargunt cinama:flostuloq; nardi  
Narcissum:cassiam:crocum:ligustra:  
Tendunt retia:dirigunt sagittas  
Hamos melle tegunt:& ore fundunt  
Dulci nectare dulcius:uenenum  
Non cartham uideo. lyram sororum  
Nullam sentio:carminis ue cantus:  
Doctos perlego delicata mollis  
Quæ iam cartha fuit puella nunc est:  
Illa est quæ loquitur:citat sorores  
Quæ castas:cithara:canitq; phœbi:  
Concentus querulos:silet tabella  
Musæ carmina cantat illa laudes  
Versu sola suas:suamq; formam  
Se tollit ueneratur uel adorat:  
Arridet sibi mitis & pudica

¶ Liber Tertius.

Fœlix pagina litteræ beatæ  
Quas nympham tulit in meam cupido  
Tu foelicior arduas Corinthi  
Quis scandens salebras: chelymq; tangens  
Formosam generas deam: genisq;  
Vincit lilia picta: quo poetam  
Non te: sed merito deum putabo:

¶ In Ciues Fatentinos.

¶ Quis uos tam subitus casus mouet: unde tumultus?  
Nascitur hic ciues: frigidus unde Timor?  
Vos: ueluti muros tormentis rumperet hostis:  
Armatus media cynthia nocte uidet  
Tympana dāt sonitus: sonitus dāt cornua: saxis  
Cingitur arx: uallum tollitur: ara fluunt  
Quis furor o: miseri nūquid Telamonius Ajax  
Fortis & æacides bella cruenta parant  
Mars ridet: ridet concussa gorgone Pallas  
Aduersus lemures spicula quod capitis  
Ah pudeat: nam quæ terrent insomnia: dormit  
Et uigilans nescit tempore quo uigilet.

¶ Omnes Italiae reges Venetis postponit:

¶ Quid faciet Calabrū Veneto sub Marte Tyrānus?  
Iugera quod nummis cum sine pauper emit:  
Ast pater arma mouet si maxima maximus: illud  
Orgia quod miles mystica concelebrat  
Vipera si uirus uomat horrida pectore: Regis  
Nil: quoniam ponti pharmaca Marcus habet

**¶ Liber Tertius.**

At leo si tūscus ruat agmen in omne cruento  
Dente: quod exoptans uincere rana bouem  
Est opus ut pereant uolsci: pereantq; sabini:  
Ardea: sannites: Tyburis arx: stabia  
Si noua saturni iusto sub foedere debet  
Imperii sceptrum tollere Roma suum:

**¶ In Syluiam.**

**¶** Cur tibi sum uilis: si me mihi charior es tu  
Syluia: num legis: lex habet ista modum?  
Respōdes: roseo facies mihi pulchra decore est  
Auratae quatiunt lactea colla coma:  
Aemula labra rosas habeo: rutilantia Phoebi  
Luminibus uinco lumina sydereis:  
Stemmata me claram reddunt: redduntq; beatā  
Et domus: & culti iugera lata soli  
Tu niger es: uili productus sanguine: pauper:  
Res tam sae iunctae: non bene conueniunt:  
Sum fateor uilis: pauper: sed fidus amicus:  
Et formam: & nummos: recta fides superat:  
Corporis haec bona sunt: res: sanguis: lumina: tm̄  
Talia qui curat: nil habet hic animae.

**¶ In eandem.**

**¶** Inter spem crucias: & me quid saeva timorem  
Inter tristitiam: latitiaeq; iocos:  
Tam uarii mores me perdunt: a quoris undae



**C**Liber Tertius.

Non tam diuersis motibus astra petunt:  
Aspice sydereo:fulget qui lumine Titan:  
Firmauit certis omnia temporibus.  
Dum Philomela canit: uario dum gramine tellus  
Vestitur:gelida non niue prata rigent:  
Falce metit curua grauidas dum messor aristas:  
Vina fluunt duro non pede pressa lacu:  
Dum lata es :ternis saltem sis lata diebus:  
Et te tot luces tristicie teneant  
Vel mihi sis semper crudelis:& improba:ne sit  
Inter purpureas nix glomerata rosas.

**C**Præpōit Venetias cæteris urbibus præstātia & maiestate

**C**Regia clara fuit xerxis:nilotica telus  
Clarior urbs muris cincta semyramiis:  
Pulchra Samos:pulchre tyriæ carthaginis arces  
Pulchrior auratis Roma superba comis:  
Nomina nunc tantū sunt maxima : dirripuit rem  
Ambitio:regni cæca cupido:furor:  
At quæ nunc Venetis tollit se Roma sub oris  
Omnibus his maior:clarior omnibus his:  
Imperio uicit gallos:superauit iberos:  
Inter delicias nec miseranda cadet:  
Nam se sola fouet:sibi consulit:omnia sub se  
Continet:& tantum publica dona colit:  
Ex patribus nemo est dictator:nemo magister:  
Imperium nullis:omnibus Imperium:  
Sic stant regna:patres præponunt ordine quando  
Publica:priuatīs munerā muneribus.

**¶ Liber Tertius.**

**Exhortat Turcū ut Senatus Veneti signa capiat.**

**¶ Turce quid expectas: Veneti cape signa senatus**

**Victor & inuicti tela Leonis age:**

**Non titulos quaras: serias non foedera: pactis**

**Conuenias nullis: munera nulla pete:**

**Foedera nam seruant Veneti: sine foedere: pactis**

**Non eget intacto numine sancta fides:**

**Non quaras titulos: & clarum nomen habebis**

**Non poscas: tacito plurima dona dabunt**

**Magnanimus cogi non uult leo: parua rogatus**

**Munera dat: magnis maxima sponte uiris.**

**¶ Monet eundem ne sub Tyrānis militet.**

**¶ Inclyte quid dubitas princeps seruire tyranno**

**Si cupis: immerito regna Tyrannus habes**

**Deceptus totiens: qui seruit: fallere: fas est:**

**Odit auis laqueos: aucupe capta semel.**

**Non aurum capias: fuluo latet anguis in auro**

**Sperne preces: claudunt dulcia uerba dolos**

**Non lachrymis credas: parat improbus ore cruēto**

**Perdere te: lachrymas dum crocodillus agit.**

**¶ In Syluiam.**

**¶ Syluia: si nostri non te mouet improba fati**

**Conditio: saltem fors tua te moueat:**

**Non ego sum: qui sum: uitam seruare cadentem**

¶ Liber Tertius.

Non mihi: sed propter: Syluia te cupio:  
Est tua: nam: cordis si dulcia pignora perdo  
Res mala: te damni: me dolor anget atrox:  
Immo dolor cruciás nimium uiolentus & acer:  
Et damnum perdent Syluia te miseram:  
Si non inspicias igitur duo sub styga corda  
Mors: simul atq; animas distrahet una duas.

¶ In Cupidinem dormiente m:

¶ Est quia nō tantū cæcus: sed dormit amator  
Dum uigilat: scopulus frigidus immo riget:  
Isto dormit amor scopulo: fors tristis amanti:  
Illorum est somnus uita: quies scopulus.

¶ Ioanni Matheo Aueroldo.

¶ Si quis bina mihi sextertia mittere tentat  
Declamas: sunt hæc munera parua nimis:  
Siquis purpureo saturatas murice uestes  
Declamas: sunt hæc munera parua nimis:  
Carpathio si quis natas in littore conchas  
Declamas: sunt hæc munera parua nimis:  
Sardonycas siqs grandes: grandesq; smaragdos  
Declamas: sunt hæc munera parua nimis:  
Argentum: menfas: aurum chrysendeta: uernas  
Iugera: declamas: omnia parua nimis:  
At qd̄cūq; mihi das hoc p̄ munere magnū est.

**C**Liber Tertius.

Gausapa magna satis:penula magna satis  
Quas mihi Crœsus opes :furiosa mēte negauit  
Hæc mihi sunt:hæc sunt munera parua nimis:  
Illa quibus careo:non sunt mihi munera toto  
Quod non dant plus est:sat mihi dimidium.

**C**Ad Lucam lanam.

**C**Laurus erat iuueni quondã gratissima phœbo  
Quondam bacche tibi bacchica uitis erat:  
Munere palladio pinguis surgebat oliua.  
Herculis herculeis populus alba comis:  
Iam Veneri myrtus: Cybelæ carissima pinus  
Iam Corcyræo poma fuere duci:  
Nunc rosa phœbeis p ramis candida uiuit  
Pro myrto niueas uult Cytherea rosas  
Pallentes hederæ uestit rosa picta corymbos  
Quæ casiam:quæ thus:quæ meliloton olet  
Orphea dulcisonum potuit fecisse poetam  
Pocula cui nondum pegasis unda dabat:  
Fecit arionios Melibæum promere uersus  
Tityron & dulcem sollicitare Lyram.  
Marmorea plus est aurum deducere caute  
Plus est:si duro marmore fiat ebur  
India quam si det:quam si per cæca latentes  
Viscera telluris effodiantur opes:  
Diuinos uiridi laurus non fronde poetas:  
Diuinos uiridi quos rosâ fronde facit:

¶ Liber Tertius.

Nobilior uis est de non fecisse quod est: est  
Hoc est: quam si quis quod fuit esse facit  
Lux ueluti superat tenebras: & nubila phœbus  
Excedunt uirides Laurea ferta rosæ:

¶ In Lentinam.

¶ Qui tibi iam gemini fuerant lentina parētes  
Non tibi sunt gemini: uiuat uterq; licet  
Est tibi nam qui te genuit: qui semine sparso  
Te fecit: genitor nec tamen ille tibi est:  
Est tibi quæ grauida mater gestauit in Aluo  
Te natam: Mater nec tamen illa tibi est:  
Vir non est: genitor: non est sua filia: coniunx  
Non matris nata est: quam uidit illa nurum  
Portentum est ingens Matres non nata parētes  
Quos habet ista duos: nō habet ista duos.

¶ Ioanni Matheo Aueroldo:

¶ Te sine quā uiuo: me uita precaria seruat:  
Non quam nascenti fata dedere mihi:  
Hæc nam te sequitur: tecum uigilatq; cubatq;  
Componit: dictat: scribit: agit: loquitur:  
Et quoniam propriam fas est ut quisq; salutem  
Et uitæ quærat candida fila suæ:  
Ad me uel uenias: ueniam uel sedulus ad te.  
Dimidium cordis uel mihi Redde mei.

¶ Liber Tertius.

¶ In Vianinum mariscalchum.

¶ Nata Viene tibi sunt consule uina camillo

Imperioq; Numæ: pauper es ipse tamen.

Pinguia centenis exerces lugera bobus

Niliacum munus: pauper es ipse tamen.

Gallicus innumeras tondet tibi rusticus agnas:

Quas tibi Parma dedit: pauper es ipse tamen.

Dat tibi pulchra Tyros: dat uellera clara tarētum

Annibalifq; domus: pauper es ipse tamen.

Scis quoniam posito tibi cōchis in uncta uoratur

Pisce gerunt medio quem phaethontis aqua.

Et quæ circeæ lautis fugis ostrea mensis

Et tua quæ uolucris nomina phasis habet.

Non alicæ panes: non quas tibi terra placentas

Picentina dedit: sed faba dura placent

Et resinatum pro uino summis acetum

Et quæ Massiliæ lurida fumus agit:

Et quæ purpurea deberes corpora palla

Cingere: Leuconicon cingis auare sagos

Pauperior miser est nullus te diuite: nanq;

Est plusq; pauper qui caret hoc qd̄ habet.

¶ In Maurocenam Porticum

¶ Magna ruina sui nunc porticus inclyta spector

Cur? maurocenæ me posuere manus.

¶ Liber Tertius.

¶ In eandem.

¶ Ne timeas soles :timeas ne frigidus hymbres  
Maurocenus agit hoc tibi Marcus opus.

¶ In thalamum eiusdem.

¶ Me thalamum renouat Marcus q̄ iura nouauit  
Ex Mauroceno sanguine primus honor.

¶ Marco Antonio Sabellico

¶ Non tantum pueri gaudent teneraq; puellæ  
Non tantum ueteres te ueniente patres:  
Sed ueneris myrtus:longa sed populus alno  
Sed loca quæ sensu quæ ratione carent  
Ecce mouent facilem blando tibi murmure caudâ  
Qui truculenta solent uulnera ferre canes.  
O quam magna tui est præstantia candidè uultus  
Marce feras mites qui facis esse feras.

¶ Ad Marcum Santum.

¶ Promisit taurum Phæbo promisit aquarum  
Numinibus]usto sanguine tota domus  
Æolios facerent rupto si spargere celo  
Nubibus expressis flumina larga notos  
Thura dedit superis cumulauit honoribus aras  
Ne thalamos posses relinquere Marce suos.

**¶ Liber Tertius.**

**Desine mirari: facit hoc reuerentia. quem uis  
Iustitiæ celebrent gens nisi iusta patrem.**

**¶ Eidem.**

**¶ Vis doceã gelidos te pellere Marce Triones  
Quæq; facit boreas nubila quæq; notus:  
Dic Arabum sedes dic te Rhodopeia regna  
Quæq; uident geminos uelle subire pollos.  
Et mox sydereum fieri spectabis olympum  
Nam boreas placido flabit & ore notus:  
Quid cupient homines: cupiant si cernere uenti  
Te quoq; quos flantes æquora surda timent:**

**¶ Eidem.**

**¶ Non poterat laqueis pisces non ducere fetis  
Piscator: medio flumine tristis aquæ  
Et cum clamasset quo me fors improba pellis:  
Heu tibi quam cænam Candide Marce paro.  
Mugilis: aurata: rhombus: mullusq; lupusq;  
Tunc manibus flentis se tribuere uiri.  
Sic uoluerè mori tanto pro laudis honore  
Est decus egregio succubuisse uiro.**

**¶ Blanco Comæ:**

**¶ Cristatæ cantant uolucres & Blance sepultum  
Te quoq; sub dubia sydera nocte uident.**



**¶ Liber Tertius.**

**E**ffigies mortis sunt somnia tristia: surge  
Nam ueniet celeri pernitiōsa pede  
**V**ive tibi dum tempus adest: cur improbe dormis  
Ante necem mortis uis fera tela pati.

**¶ Eidem:**

**H**eu doleo: quoniam tibi dulcia somnia rupi  
Somnia quæ ueneris munera grata ferunt.

**¶ Præponit Venerem Palladi.**

**¶ S**pectasset nudam Venerem quū bellica pallas  
Et natos pariter quos tulit illa duos:  
**H**æc armis Martem dixit si uincere nullis  
Armifonum potuit fulmineumq; Iouem.  
**Q**uid faciam sæue quatiens ego cuspidis hastam  
Saxificam duræ gorgonis atq; caput.  
**T**unc Venus ostedens illi faciemq; manusq;  
Brachia: crura: pedes: pectora: colla: femur  
**Q**uis rosa pestanis cedit generata sub aruis  
Argentum: uiolæ: cana ligustra: niues:  
**R**ettulit hæc fragunt loricas: ægida fulmen  
Nos armis tegimur: corpus inerme tuum est.

**¶ In Vitellum.**

**¶ T**itonii croceum senis cubile  
Aurora aurigeris comis resurgens

**C**Liber Tertius.

Iam surgit roseosq; clara uultus  
Ostendit phaethontis & citatis:  
Currunt flammigeri rotis iugales  
Et tu stertis adhuc miser Vitelle:  
Tractant cauidici forense bellum:  
Actor sollicitos uocat clientes:  
Et tu stertis adhuc miser Vitelle:  
Thermarum sonat æs: lauamur omnes  
Flet tristis pharium bouem sacerdos  
Et tu stertis adhuc miser Vitelle.  
Lauti prandia præparant ministri  
Ad mensam ueniunt dapes secundam  
Et tu stertis adhuc miser Vitelle.  
Te non ergo: uelut decet: uitellum  
Vllus sed uitulum uocet marinum  
Es tu nam uitulus: nec es uitellus.

**C**In Gallos.

**C**Gallus in humanos pugnat crudeliter hostes  
Vt lupus in placidas sanguinolentus oues:  
Materno pueris non parcit ab ubere raptis  
Sed trahit hos sæua dilaceratq; manu:  
Audet & insontes gladio mactare puellas  
Crudelis tumultum Pyrrhus ut ante patris:  
Imbelles quos curua facit tremulosq; senecta  
Sæuus & in sanctos tela mouere patres:  
Et nostrum sitiens ut tigris acerba cruorem  
Gaudet quum madidam sanguine spargit humum.

¶ Liber Tertius.

Miraris forsan Cybeles facit ista furore  
Cuius ab ifano nomina Gallus habet.

¶ In Vitellum .

¶ Venti qui faueat suo procaci  
Et latam dapibus gulam superbis  
Oblectet uetulo madens phalerno  
Non ullus magis est meo Vitello:  
Hic quum stragula linquit & cubile  
Ad cellam pedibus uolat citatis.  
Et tres quatuor aut bibit trientes  
Bacchi consule nobilis Camillo:  
Consumpta prius aride selibra  
Carnis: quæ suis est uel est iuueni:  
Quum coenâ domino parant ministri  
Arridens parasitus ut proteruus:  
Gallinæ geminas nates & amplam  
Ceruiciem: Leporis fugacis armos:  
Et cirros rapit unctus ostreorum:  
Hæc & cuncta simul uorat lupinam  
Implens ingluuiem tenus palato:  
Nuper uiderat anserem quod unum  
Lato pectore: cereisq; lumbis  
Tam dire miser esurire coepit  
Anser tempore dormiens ut atro:  
Clamaret: mea lux: mei lepores:  
Anser bellule corculum Vitellis  
O quot basia: dulcibus labellis

¶ Liber Tertius:

Infigam tibi quum cocus parabit  
Te coctum domino: anser: anser o mi:  
Anser candidè: tutor & patrone  
Vrbis romuleæ: decus uolucrum  
Anser deniq; semper ore habebat:  
Quo desiderio miser periret  
Ne tanto: posui quod appetebat:  
Tunc ille ut lupus improbus uorauit  
Pectus: colla: caput: pedes: iecurq;  
Tristi dura cani ossa non relinquens  
Proh quid cæca facit libido uentris:  
In sæuum tulit hæc lupum Vitellum:

¶ Ludouico Sforcia.

Qui fera squamosi gestabat signa colubri  
luit ad æthereæ limina sancta domus  
Dux ligurū teneræ raptus sub flore iuuetæ  
Ante tamen certæ foedera scripta necis  
Nā dederant illi ducūt quæ stammina parca  
Fatales Pylia sæcula longa senis:  
Sed quoniã patri pietas: præstantia: uires:  
Consilium: probitas: gloria: fama: decus  
Sydereos tetigere polos: qui fecit olympū  
Mutauit fati Iuppiter ipse diem:  
Aeterno temerans præfixas ordine leges  
Accelerans forti mortis & arma manu:  
Solueret ut meritis Ludouici præmia tantis  
Et daret inuicto sceptrâ beata duci:

¶ Liber Tertius.

Immensi tandem uirtus fert dona laboris  
Qui rexit tanta pro duce regna fide:  
Dux regat ut p se: fas ē: uel sydera: uel mors  
Magnanimis reddūt munera digna uiris.

¶ Burane.

¶ Facundo ueniens choro sororum.  
Quas tu pectine cum iubes eburno  
Carmen pieria sonant in aula  
Andini graue tibia poete  
Orpheæ modulis lyræ ue dignum  
Ad nostras tua porticus thalia  
Pœnei redimita fronde lauri  
Offendit iuga Siluiam sequentem  
Me per florida: noscis hanc Diana  
Venatrix humeris uelut pharethram  
Pantheræ maculis gerit uel lycis:  
Distinctam iaculos manu potenti:  
Arcus cornua flexilis sinistra:  
Hæc illa est hilaris: iocosa: mitis  
Clæmens: candida: delicata: mollis  
Quam solam satyri colunt procaces:  
Extollunt dryades: amant napeæ  
Diuinum iubar isthmia diones  
Quæ dulces superat senis querellas:  
Cygni: carmine cum canit sonoro  
Cui cædit uariæ decore pennæ  
Argi gemmea non probi uolucris

¶ Liber Tertius.

Ludentem teneram putabis agnam  
Vndam quæ liquidi bibit galesi:  
Sed gestat quia non sinu pelorum  
Taurum dindyma caspioſq; montes:  
Me discedere litteris rogatus  
Fas est Syluia cum tuis notaret:  
Impleuit lachrymis sinus abortis:  
Et me blandula bafians Catullum  
Coepit uincere Passerem Catullia:  
Tractans deliciis Catullianis:  
Foelices calami: beata charta  
Quæ tales mihi gratias tulere:  
Mitte o mitte mihi tuas camænas  
Te te sapius oro: nam Cupido  
Illis sub tenet aureas sagittas:  
Flammam: retia: balteum: flagellum:  
Et quicquid gnydia manet sub arce:  
Quod si scripta dabis mihi frequenter  
Me grato Venus imbuet liquore

¶ Hierohymo Donato.

¶ Iustitiam seruare decet rectumq; fidemq;  
Sic tamen ut seruent iura fidesq; modum:  
Dilectam nimio uiolauit amore puellam  
Indulgens animo lygdus & ipse puer.  
Bandinus uiduam Pylio iam debilis æuo  
Da ueniam iuueni: da necis arma seni  
Lex iubet: hoc teneris merito lasciuuit in annis

¶ Liber Tertius.

Hædus :& ante truces lata iuuenca boues.  
Carcere quæ claudis sæuo pro crimine crimē  
Non peperisse potest si peperisse potest.  
Non fecisse putans faceret cum crimina crimē  
Non fecit: scelus est quod facit arte senex.

¶ In Beltratum Mutinæ præsidem:

¶ Præside Beltramo pietas celebrata pbatur  
Nec tantum iuris foedera sæua nocent:  
Incuruat tenerum Mancinus sepe cynædum,  
Aurea dat diues munera: liber abit.  
Lipperius matrem futuit: futuitq; sororem;  
Aurea dat diues munera: liber abit:  
Trāfixit iugulū domino sceleratus Achilles;  
Aurea dat diues munera: liber abit.  
Symmachus excælsi spoliat delubra tonantis  
Aurea dat diues munera: liber abit.  
Falsa notat falsis Marius sextertia signis  
Aurea dat diues munera: liber abit.  
Proditor: icursor: prædo: fur: mæchus: adulter  
Aurea si dederint munera: nil timeant.  
Viure quisq; potest Beltramo præside: tādē  
Tristia non poscit funera poscit opes.

¶ De Bertholameo Catanio suspenso.

¶ Quo mortale genus uarii nos motus olympi  
Fataq; legitimo foedere certa trahunt

¶ Liber Tertius.

Credere quis poterit: longis iam debilis annis  
Vir bonus: & niuea simplicitate probus.  
Cum peteret patrios Catanius arua penates  
Parua: sedens paruo Bartholomeus equo:  
Et peram fato suspensam gutture ferret  
In qua fatalis sed ferus uncus erat:  
Vncus erat patulo ducit quo pinguis ahenō  
Et cocus & coctas uncta puella dapes.  
Qui capulo quo curuus erat uelut ore tenaci  
Astrinxit ramum munus hyache tuum:  
Parte trahens una miseri caput ora senisq;  
Quem celer opposita parte trahebat equus:  
Tristia contractæ tunc stupea uincula peræ  
Guttura strinxerunt Bartholomæe tua.  
Exanimem stygias & te misere sub umbras  
Vincula non: sed quæ sydera cuncta regunt  
Libertas homini nulla est: quæ uiuere cogunt  
Cogunt nos eadem: credite: fata: mori.

¶ De morte Donatæ uenetæ.

¶ Nō sanguis: nō forma potest: nō cādida uirtus  
Parcarum celeres continuisse manus.  
Labitur omne quod est: nul stat sub sydere firmum  
Iuppiter ut uoluit: sydera cuncta regunt.  
Nam cui cedebant castæ Donata Sabinæ  
Et Bruti coniunx: & tua sancte Numa  
Nititur inuictō Marti placuisse sereno  
Quando magis Paphiæ pulchrior ore deæ.



¶ Liber Tertius.

Occidit ante diem uirtus sanguisq; decusq;  
Syderei uultus nil ualuere iacent:  
Cernite q̄ uanum est nostris spem ponere rebus  
Impia sunt eadem sydera: quæ pia sunt.  
Quæ nobis magno pro dono fata dedere  
Donatam: telis hæc rapuere suis:

¶ De Eadem.

¶ Quid fletis Venetæ matres teneraq; puellæ  
Si rapuit fatis mors uiolenta suis  
Donatam nostro uirtutum tempore clarum  
Exemplar: patriæ spemq; decusq; suæ:  
Est hanc flere scelus magnum nam mortua nō est:  
Non posset uitæ plus quia sorte frui:  
Sed quia non poterat tam clarum cernere sydus  
Tanta nec in paruo dona tenere sinu:  
Quæ capit omne quod est tellus latissima: sic non  
Viuerè posse diu: uiuere posse diu est.

¶ De morte Iacobi Corsici:

¶ Qui solet intonsos fertis ornare capillos  
Et tinctam roseo murice ferre togam:  
Qui super Aeurotæ ripas & per iuga cynthi  
Aspera uocali saxa mouere Lyra:  
Funerea cinctus palla miserabile carmen  
Daulias ut nato concinit orba suo:  
Nec tantum tristis fuit illo tempore phœbus

¶ Liber Tertius.

Quo rapuit uatem Bacchica turba suum  
Quantum nunc saua cecidit q̄ morte Iacobus  
Corsicus hetruscā gloria prima lyra:  
Ora sequebantur cuius modulantia carmen  
Tigris: aper: taurus: gryps: lupus: ursa: leo:  
Leferat ille deos: turpi nam captus amore.  
Crimina damnauit Roma q̄ iste: tua.  
Mortuus est: poenas uerum pro crimine soluet  
Saua manus: iustos nam mouet ira deos.

¶ De Ludouico Zerbo.

¶ Dulcia nōn audit Zerbi qui uerba loquentis  
Sermones nescit quod decus urbis habent:  
Composita deceat laudes quas tradere uoci  
Quam sit facundis gratia larga sonis.  
Fecisset rigidum salibus ridere Catonem:  
Fecisset tristem ludere fabritium.  
Horridus atq; ferox: placidus clamēsq; fuisse  
Hunc Nero sensisset si pia uerba loqui:  
Nec qui sancta Remi rapuit sibi scepra: tulisset  
In locerum dirus tela cruenta gener.  
Nec se Cadmāi per mutua uulnera fratres  
Misisset stygiae caeca sub antra domus:  
Dānat: agit: morder: lacerat: trahit: increpat: urget  
Quum scelus: e caelo: fulmina torta putes:  
Virtutem laudat quum: credas aethere summo  
Lumina nimbifonos clara fugare notos:  
Si nullis essent urbes moresq; sub astris

¶ Liber Tertius.

Vrbani:mores:urbis & omne decus.  
Ad coelum ferrent Zerbo se sospite:nanq;  
Innumeras urbes pectore solus habet.

¶ De Antimacho.

¶ Solue nodosa miserum cathena  
Quem fera coeli nimis & proterua  
Carceris caeci loca sub profunda  
Sorte tulere.

Te rogat mater lachrymosa tristis  
Te soror sparsis humeros capillis  
Per suos:paruis miseranda natis  
Te quoq; coniunx.

Si pater mortem scelus ob meretur  
Turpe:quid parui meruere nati?  
Caede mactabis miseri parentis  
Quos simul omnes.

Dentibus sauis aper est timendus.  
Dentibus tigris uiolenta duris.  
Cornibus taurus:basiliscus ore  
Vngue Lexna.

Mitis est agnus:pecudes:capellæ  
Bos:equi:dame:lepores:columbæ  
Ille sit sauis probus & pius sit  
Ille necesse est.

Sic iubet coeli genitor profundi  
Per rosas spargens cereris per herbas  
Fertiles gramen lolii proteruum  
Triste rubiq;

**C** Liber Tertius.

Iura si semper sequimur seuera  
Quem locum clamens pietas habebit?  
Candide mentes: animi sereni:  
Blanda uoluptas.  
Ergo da capto ueniam petenti  
Qui tui Regis regis omne regnum  
Regibus semper proprium deisque  
Nam misereri est.

**C** In Mancinum:

**C** Quo Macine ruis praeceps te fata sequuntur  
Auspiciis miserum perniciofa malis.  
Nam quo te dicunt sub se fert nomen iniquum  
Desidiam: luxus: uulnera: damna: faces  
Iam dudam stygii monstris furialibus orci  
Deuotum cunctis & graue numinibus  
Ex cauea pulli fugiunt Mancine: sonora  
Et uox sydereâ clamat ab axe: mane.  
Et uiolentus adhuc forti pugnare duello  
Quæris: & infausta bella mouere manu  
Cum Colla certare putas est numen in illo:  
Gonziaci uires imperiumque ducis:  
Sunt leges: sunt iura: cades Mancine sub armis  
Impia nam semper qui petit arma cadit.

**C** Ad Vofonium Poetam consumatissimum

**C** Nobile gazagri dicunt rus: munera bacchi  
Quod gerit apricis deliciofa iugis.

¶ Liber Tertius. 113

Quod cereris fruges: teneris & amica puellis  
Poma beatus ager: quæ tulit hesperidum  
Quod cytherea legit cantans de montibus illis  
Gramina Narcissi: gramina picta croci  
Insequitur certis leporem dictynna sagittis  
Ludit & ad munerum per fata læta dryas  
Nobilis est fateor tam claris laudibus: astra  
Nobilior: sed te lucida uate petit:  
Viuiere uosoni facis hunc sine nomine non est  
Cultus ager quæ quis sit bene cultus ager

¶ De Bello gallico:

¶ Quis nunc bella mouet? sæui gens aspera rheni  
Quæ potat liquidas uel phaethontis aquas:  
Non quia mortali tam strenua pectore uirtus  
Esse nequit: quaterent tanta nec arma uiri:  
Si iaculatur atrox hastam germanus: iniqui  
Pondere tormenti fortius illa ferit:  
Si saxum gallus: ballistæ turbine dices  
Hoc furit: hoc durum moenia frangit onus:  
Non agitant urbes aliter feruntq; trahuntq;  
Fluctibus & scopulis quæ freta surda rates:  
Spicula fulminei turres quæ sæua tonantis  
Murmure quam magno stridet uterq; polus  
Hæc genus humanum superat uis: impetus: horror  
Iratis certant Itala regna deis.

Finis

**C**Liber Quartus.

**C**Ioanni Matheo Aueroldo.

**C**Incipit Liber quartus.

q

Vod munus mihi liberalis amplum  
Quondam pectore candido dedisti:  
Quum latus petii superba: calfa:  
Clara: moenia Brixia: Maroni

Me cenas ueluti suo: beatas  
Gangis diuitias: ebur: smaragdus:  
Aurum: Coccina: purpuraq; tinctas  
Vestes sanguinea: tibi libellum  
Dono mitimus hunc: sales: locosq;  
Quos sumas precor: & legas sereno  
Vultu: nec tumidus mihi canenti  
Dicas redde uices: damus lapillos:  
Argentum tibi: uerba tu remitis  
Hæc hæc sunt animi beata dona:  
Hæc post funera: post rogi fauillas:  
Longi sæcula largiuntur æui.  
Quanto dignior est cadente uita  
Quæ spernit necis improbas sagittas  
Tanto dignius est bonis proterua  
Sortis: q; faciunt opus poetæ

**C**Ioanni Mattheo Aueroldo de morte Patris:

**C**Desine flere patris funus: nam claudat i urna  
Corpus inane licet: non iacet ille tamen:  
Non cedit satis pietas: non mens proba: non qua

k

**¶ Liber Quartus.**

Laudibus immodicis peruolat astra fides:  
Dicitur ille mori: qui crimine mortuus: ante  
Tela feræ mortis quæ pateretur: erat:  
Vir probus hæc moriens uitam quam deferat: años  
Felices uitæ candidioris agit.

**De Cane miro sculpta artificio.**

**¶** Viuam me credis: uerum est: quæ marmore uiua  
Creditor: hec uitæ munera semper agit.

**¶ In marium.**

**¶** Tela quatis: getici ruis in certamina Martis:  
Nec ferus exardens oromedunta times  
Inniçto socii tutus sub nomine: greci  
Et lucem hoc dicunt nomine quodq; bonum  
Sed caueas fallant ne te bona nomina: namq;  
Clauditur auspicio Res mala sape bono.

**¶ In Cælium.**

**¶** Impia si uates sæuus tibi bella pararem  
Quæ mouet idaliæ flamma cruenta dea  
Non peterem tua tecta: suo cur limine titan  
Clarus erythræo ducit ab axe diem  
Sed quam tartareis surgens nox cincta tenebris  
Oceano piceum tollit ad astra caput  
Exercet sua furta Venus: cum cynthia nigros  
Lurida nocte uagans sub iuga cogit equos  
Retia qui tendit sub gramine retia claudit

¶ Liber Quartus.

Clam parat insidias: qui parat insidias  
Fur rapit obscurus fraudesq; doliq; reguntur  
Qui thalamos intrat cognitus hic bonus est:  
Si tua penelope peteret scælus improba ferret  
Obscuram scæleri te sine cauta uiam;  
Sed quia uirtutem celebrat: non te sine quærit  
Te sine que posset uerba referre mihi:  
Nec merito nostros possit qui carpere mores  
Inuenies: tota laudor ab hesperia:  
Si plebs dira scælus de me tibi fingit iniquum  
Gaudeo: nam populus quæ colit hic malus est:  
Ignarus lacerat uirtutes odit auarus  
Bellorophonteï qui bibit amne lacus:  
Me nosces damno fraudes incendia: lites:  
Quiq; deos iusta non pietate colunt  
Qui solem cernens negat hunc se cernere durus  
Cum non sit demens inuidus & malus est.

¶ Marco Antonio Mauroceno

¶ Nûc qâ qâqâ habet Coelû Mars possidet unus  
Cæssaq; sanguineis peruolat astra rotis:  
Sudat & in siculis quatiens faber arma caminis  
Arma quibus summo Iuppiter orbe tonat  
Et fera nunc hastam nunc concutit ægida pallas  
Terribiliq; strepunt cornua rauca sono:  
Sibilat & cauda uulnus letale minatur  
Anguis & Alcides bella cruenta parat:  
Cristatiq; timens galli leo murmura tuscus



**¶ Liber Quartus:**

Demissum posuit sub iuga dura caput.  
Formidans cæcis & se lupa clausit in antris  
Clausit Tarpæa maximus arce pater.  
Tempus adest: clypeos: loricas summere fuluas  
Tempus adest: ualeas desidiofa quies:  
Exacuens falcem clamat fortissimus ille  
Ille senex tanta qui tulit arma fide:  
Pro uobis Veneti claua quum dura leonis  
Quæreret alcides rumpere terga ferox:  
Hic regat ut rursus fac martia prælia ductor  
Qui potes imperio consule marce tuo:  
Non petiit fieri miles qui tempore pacis:  
Et petit insanus quum mouet arma furor:  
Strenuus est galeam poscit qui pace coruscans  
Non poscit martis prælia: poscit opes.

**¶ Ioanni Bordonix:**

**¶** Ut nix phoebeo durat glomerata sub axe  
Ut nauis scopulos quæ ferit acta graues:  
Ut q; leues plantæ firmis radicibus hærent  
Quum tumidus madido sibilat ore notus:  
Ut signum media quod nauita pingit arena  
Turris ut irati fulmine tacta iouis:  
Ut casa pastoris quam percutit æmnis ab alto:  
Monte ruens rapidis insidiosus aquis:  
**¶** Fœmineus uarie sub motu taliter auræ  
Durat amor: durant foedera: uerba fides

**C** Liber Quartus

**C** In Amicum

**C** Desine quisq; amas nostram spectare puellā  
Namq; gerit diræ spicula mille necis:  
Crine sub intorto squamosus sibilat anguis  
Cæruleas dices gorgonis esse comas:  
Funereus libyca ueluti balyiscus arena  
Luminibus gestat dira uenena suis:  
Adde faces ueneris: miseris quibus urit amantes  
Vrit ut accensus robora sicca focus  
Quæ niueos uincit flores cui cedit eburnus  
Dens: torquet iaculos insidiosa manus  
Sæua nimis: truculenta nimis: nimis aspera tādem  
Impellit: lacerat: dissipat: urget: agit:  
In scopulos nauem ducis: quo curris amator?  
Si lapis e portu littora tuta pete.

**C** In Galbam.

**C** Coccina quod gestas: tyrias q; galba lacernas  
Quod nitet in digitis plurima gemma tuis:  
Aurea quod nectit lunatas lingula plantas  
Quod tibi dat cosmi cinnama largus onyx:  
Hexaphoro gestant quod te per compita, serui  
Arca quod immodicas uix tua claudit opes:  
Quod cuneis spectas mediis quum sæuit arena  
Rhinoceros: uel quum retia frangit aper:  
Nos rides: pellis: laceras: damnasq; fugasq;  
Et Iouis ut natus tollis ad astra caput.

**C**Liber Quartus:

Sed te plebeum faciunt sanguisq; domusq;  
Turpis auaritiæ crimen: iniqua Venus  
Ornans se plumas cygni licet induat albas  
Sub tamen his coruus non erit albus olor.

**C**In Candidum.

**C**Ne pariat natos uxor tua Candide: cunnum  
Ieiuna miserum cogis hiare fame  
Hæc premis: & ueluti tenerum formosus Apollo  
Oebalidem: puerum Iuppiter Iliacum:  
Plena tamen partu natos enixa gemellos  
Est uno: nostris res noua temporibus:  
Hanc iunctam peperisse uiris ut foemina quæque  
Nescio: sed scio te non peperisse uiro.

**C**Inuicta Veneris tela asserit:

**C**Aurea qd Veneris nõ possunt spicula: quæ uis  
Illa fugit: superant sydera: fata deos:  
Naturæq; uices mutant: nam forte puellam  
Vxorem sanctos duxerat ad thalamos  
Delicias cordisq; sui spem candidus unam:  
Dumq; petit primo dulcia furta ioco:  
Frigescit: fugiunt uires: calor ossa relinquit.  
Sanguis abest: cordis uita sub arce tremit:  
Ecce uolant Chiron: Podalirius: atq; Machaon  
Exanimem celeri perfricat ille manu:  
Hic herbis animas tangit quibus euocat umbris:

**C**Liber Quartus.

Tartareis succo nectaris ille fouet:  
Pallidus ille tamen iacet & sine uiribus ullis  
Nil profunt herbæ nectareusq; liquor  
Ingeminat querula carmen miserabile uoce  
Increpat & sæuam moesta puella necem:  
Frigentisq; sui lachrymis rigat ora mariti  
Infigans gelidis oscula multa genis  
Summouet ille caput letali lumina somno  
Soluit: & attollens se graue pondus agit  
Spiritus in iuuenem rediit: dulcedine captus  
Qui nimia teneræ pectora sub dominae  
Iuerat: o quantum est uenerabile numen Amoris  
Phoebea medici plus iuuat arte Venus  
Si iubet hæc alio fugiens sub corpore uiuit  
Quæq; suum corpus liquerat umbra petit.

**C**Docet pingere Venerem.

**C**Pingere si uultis Venerem sub imagine uera  
Illam barbatis pingite temporibus:  
Quæ generat Venus est: generat animalia quæq;  
Semine quum uis est mascula foemineo

**C**Docet Pingere Bacchum.

Cur roseum pingunt iuuenē te bacche? decoros  
Parce sumptus ago uos quoniam iuuenes:  
Cornua cur gestas? cur pulsas tympana tauros  
Large sumptus ago uos quia cornigeros:

¶ Liber Quartus.

¶ Virum profusum taxat.

¶ Qui consumpserat aureos trientes:  
Et quos Pyrgoteles manu lapillos:  
Doctus sculpserat indicos magistra:  
Vestes murice perlitas rubenti:  
Sylvas iugera floridosq; campos:  
Mensas egregias: domos superbas  
Misit sub stygios lacus ruina.  
Tristem percutiens grauis furore  
Aedes rustica quam tenebat unam  
Tantis ex opibus: ruina foelix:  
Non casu poterat beatiore  
Aut fato dominum iuuare moestum:  
Quam quod tempore perderet sub illo  
Vitam: perdiderat misellus omne  
Quo uitæ decus atq; res beata.

¶ In gallos

¶ O tua baccheis ululatibus athera cōplet  
Turba furens latium uincere Galle putas  
Falleris armisoni ridet soror inelyta Martis  
Quū Ciconū quatiūt tinnula siftra nurus  
Orphea quum Thyas lacerat: quum sæuit Agatæ  
Quum satyri bacchum moenades atq; uocant:  
Pampineos franget Pallas saturnia Tyrfos  
Et fodiet rigida tympana rauca manu:  
Igniuomis uiolentus equis Mars sæuis & ense

**¶ Liber Quartus.**

Hircanas coget uertere terga feras  
Falce potens feriet Saturnus Iuppiter ignes  
Mittet & a summis tela trifida polis  
Lemnius in Venerem faciet noua retia saeuam  
Se iunxit Bromio quæ scelerata tuo:  
Quo periture ruis? gelidi pete flumina rheni  
Galle miser fugias: quo periture ruis?  
Vt bacchum & uenerem Saturnus Iuppiter & mare  
Er quæ sub clypeo Gorgonis ora gerit  
Custodes latii fugient: gens dura Quirini  
Sic fugiet populi mollia tela tui.

**¶ In Eosdem.**

¶ Alpibus a gelidis ab iniqui sydere cœli  
Ad loca romulei florida Galle soli  
Quæ te blanda trahit miserum fiducia: nescis  
Quod ferus inuicta quum fuerit urbe Leo  
Terra fretumq; timent: lasciuo uincere cantu  
Forte putas: raucos non timet ille sonos  
Talibus assuetus: rostro quid stulte superbis?  
Dentibus iratus fulminat ille feris:  
Vnguibus asper eris franges & fortibus arma?  
Grana quibus quærens scalpere rura soles:  
Ille tibi paruos magnis trahet unguibus unges  
Quis solet ingentes dilacerare feras:  
Aliger alta petes fugiens? uolat ille sagitta  
Aliger æoliis ocyus atq; notis:  
Vt canibus lepores: ut cerui tigribus: agni

¶ Liber Quartus.

Vt rapido pugnant: atq; capella Lupo:  
Improbe sic Veneto pugnabis Galle Leone  
Accipiter placidas non timet acer aues.

¶ In Eisdem.

¶ Galle furis quoniam pro forti regna Quirino  
Imbellis Romæ: Sardanapalus habet:  
Inuicto pro Marte Venus: pro Pallade Bacchus.  
Et pro præstanti Cæsare mollis oto:  
Nec plus laurigeris ornantur templa coronis:  
Nec plus phœbea limina fronde ducum:  
Sed Romæ migrasse deos sanctumq; senatum  
Ad Venetos nescis regia tecta lares:  
Illic magnanimi pro libertate subire  
Dura parant mortis Brutus & arma Cato:  
Rapta tibi rapiat qui fortis signa Camillus  
Pellat ad oceani littus & alter adest:  
Sunt Fabii Deciiq; graues: sunt fulmina belli  
Scipio: Marcellus: Fabriciusq; simul:  
Cæsar & intrepidus potuit uictricibus armis  
Cogere qui populos sub iuga dnra tuos:  
Deceptus miser es uariis nam clara triumphis  
Vrbs alia quamuis parte superbit adhuc  
Roma sacrum Venetis tollit caput inclyta regnis  
Quæ magni uirrix ut fuit orbis erit:

¶ Virgilio Zauarifio.

¶ Cæsi per iuga montis alta solus  
Ibam per meditans ferocis æui

¶ Liber Quartus.

Nostri crimina: damna furta fraudes:  
Cædes: insidias: dolos: rapinas:  
Virtutes profugas dolens ad axes  
Summos præcipiti uolasse penna  
Visa: est quum mihi forte crine flauo  
Claris: luminibus: genis decoris.  
Lato pectore: fronte uel serena:  
Incedens mulier gradu seuero:  
Ensem cuspideq; & gerens inermis  
Lances & trutina subarsa iniquas:  
Illi splenia non: caput tegebant  
Non uittæ tentues: sed ore aperto  
Nudo uertice: liberis capillis:  
Spectabat geminis polos ocellis:  
Orbes qui loue sustinent mouente.  
Claros sydereos: uagos perennes  
Velabat toga quæ suos & artus  
Ex clara biberat tyro colorem:  
Multis fracta tamen locis & ipsa  
Liuens uerberibus plagisq; multis  
Tingebat niueos sinus cruore.  
Stabam dura uelut silex ue quercus  
Summo uertice caucasi niualis.  
Exanguis rigidus grauis: nec unum  
Audebam timidus referre uerbum:  
Sed tunc illa mihi meos times cur  
Vultus: non tetrici comes thyphœi.  
Non sum tartaræ soror Megeræ.  
Nec nostrum tumidis caput colubris



¶ Liber Quartus.

Horret: saxificæ uelut Medusæ:  
Ensis non nocet hic probis: sed illis  
Qui semper miseri scelus sequuntur  
Non possim licet amplius nocere  
Vllis: nam proceres patresq; plebsq;  
Aediles: equites: duces: tyranni  
Me damnant: lacerant: fugant: aguntq;  
Tutores spoliant bonis pupillos:  
Extincti uiduam pater mariti  
Non sunt cauidicis uoraciores  
Qui syluas habitant lupi rapazes.  
Semper consulibus proterua mens est:  
Tonfores: lanii: faber simulq;  
Omnes artifices mali & molesti  
Artes perdere non suas uerentur:  
Solum me celebrant sacri poetæ.  
His dictis tenues repente in auras  
Currrens se tulit ut uolans sagitta:  
Foelix est heliconæ qui beatum  
Vates excolit ut colis beatus:  
Nanq; est: iustitiæ tenens decorem  
Virtutes habet ille diuus omnes  
Sub se: diuitiæ timent ruinam  
Fortunæ bona: sola scandit altum  
Coelum candida uirtus axe eburno.

¶ Hieronymo Campagnole.

¶ Syluia formosas inter celebranda puellas:  
Syluia syluicolas inter habenda deas:

¶ Liber Quartus.

Formosæ quoniam uiridi sub flore iuuentæ  
Rapta fuit stygiæ cæca subantra domus:  
Ut sequar hanc: sæuis erebeæ tutus echidnæ  
Dentibus: anguiferis eumenidumq; comis:  
Iulius infernam mecum fac tendat ad aulam  
Argutæ tangens fila canora lytæ:  
Protinus & nobis scelerati ianitor orci  
Ducet ab ærata limina clausa sera:  
Atq; triceps hecates môstrû tria guttura claudet  
Et pariet noctis filia quæq; facem:  
Firmabitq; suum semper reuolubile saxum:  
Sisyphus: & celeri quem rotat orbe rota:  
Sæua renascentes uolucris nec distrahet artus  
Euomet aut aliquem tota chimera focum:  
Et nunquam captas captabunt belides: undas  
Turba maritali pernitiōsa nece.  
Scylla canes coget. fallent tibi garrule nulla:  
Tantale poma famem: Tantale lympha sitim:  
Et stygis auricomam mihi numina legis amicâ:  
Foedere non aliquo carmine uicta dabunt.  
Threitiō posuit legem proserpina Vati:  
Annoſo quoniam tempore plenus erat:  
Ore puer tenero canit hic: qui non canit illo  
Dulcius: ætatem respice phœbus erit:  
Quæ minor est uirtus teneris est maior in ænis  
Gratior est quanto est gratia rara magis:

¶ Ad eundem.

Inspicio cum clara tui tot munera nati  
Tempore quo pueros ubere mater alit.

## ¶ Liber Quartus.

Admiror stупeo: uelut & fera gorgonis ora  
Spectassem: totus sub graue marmor agor.  
Et uirtutis amor & spes me deserit omnis  
Torpet & ingenii uisq; calorq; mei.  
Non aliter quam qui positam contingere metā  
Nititur: & tardos uerbere pulsat equos.  
Quam uidet ante suos aliquē præcedere cursus:  
Iam procul in medio puluere frena tenet.  
Sautius & stimulis iræ morsuq; pudoris  
Odit equos: currus damnat & ipse suos.  
Non canis insequitur uolucrum super aera pēnas  
Aemula quos uirtus non putat esse deos.

## ¶ De mira dulcedine lyra Pontani.

¶ Credite quod nunq̄ uidit longæua uetustas  
Quod fieri ratio lex quoq; posse negat.  
Vidimus ingentes artem superare potenti  
Naturæ uires iuraq; cuncta manu:  
Lagarus in cauea miserabile carmen eburna  
Dulcius ismaria pellicis ore fui  
Fleuerat: haud tantas potuit fortuna querelas  
Ferre: sed hanc sæuo carcere traxit auem.  
Est uaga sorte sua uolucris quæcunq;: uolantes  
Hinc merito pennas: hinc leue corpus habet:  
Aere lætatur uacuo: petit alta libenter:  
Est fera quæ timeat uincula nulla magis.  
Quam tamē hæc sensit pulsis modulātia neruis  
Carmina Pontani dulcia plectra mei:

¶ Liber Quartus.

Aethere non grato: non libertatis amore

In laqueos iterum capta uolauit auis.

Orphæo uolucres mirabile ducere cantu est

Sed plus iam captas est: iterum capere.

¶ De Ingressu urbis Illustris Hermetis.

¶ Ingredere o Latiae princeps fortissime gentis

Panduntur nostra quæ tibi regna manu.

Omne felici nam te populasq; patresq;

Aedilis: prætor: consul & ipse rogat.

Accipe: quisq; tuum celebrat dux inclyte nomen.

Te uelat & magnum tollit ad astra Iouem.

Vipera clamatur: clamatur ab omnibus Hermes:

Anguigerum resonant moenia tota ducem:

Collucent ignes: ornantur templa coronis:

Sacra canunt uates: uictima cæsa litat.

Ecce duces gemini Veneto pro septra Leone

Dant tibi: tam longa ne trahe uota mora.

Iam subeas: nostros tibi iam largimur honores

Vxores: natos: prædia: uasa: domos.

Dum Venetis iunctus dominis: sis foedere semper

Legitimo iunctus qui puto semper eris.

Nam qui te mittit nostri sub moenia regni

Mense suo iusta nil sine lege facit.

Indicat ore tuo Ianus clausisse biformis

Iam iam perpetua ferrea claustra manu

**¶ Liber Quartus.**

**¶ Hieronymo Campagnola.**

**¶** Sit mihi sitq; tibi gratus q; Iulius ille  
Ille puer tellus quem patavina colit:  
**¶** Quem phoebus: quē pallas amat: quē Iuppiter ipse  
Cui fauet arguta calliopea Lyra.  
Non eadem causa est: tua nam tu viscera semen  
Diligis: & cordis pignora clara tui  
Ob decus: ob laudes: ob munera chara deorum  
Hunc ego uirtutes approbo: miror: amo.  
**¶** Componat nostros uir siq; iustus amores:  
Verus amor meus est: uerus amor tuus est.  
**¶** Verior est noster: premimur nam sanguine nullo:  
Tu quod amas: natum diligis ipse tuum.

**¶ Ambrosio Taruisino.**

**¶** Non timeat morbi: timeat non uulnera ferri  
Et si iam saui cerneret arma Iouis:  
**¶** Ambrosii quemcunq; manus tetigere: dolorem:  
Nam fugat: ut zephyri nubila pressa notis.  
**¶** Vidi ego sub stygias quē mors iam miserat úbras  
Ad superos herbis hunc reuocasse suis:  
Hunc erebi celebrant rex & regina profundi  
Ad uitam rursus ne sua regna trahat.  
**¶** Nunc truculenta potest illum mors perdere tm̄:  
Ambrosii cui non dat manus artis opem.

¶ Liber Quartus.

¶ De uana suspitione belli.

¶ Quisq; bella timet nostris truculenta sub ānis:  
Ignarus belli somnia uana timet:  
Strenuus urget equos: nunquid Mars gētibus istis  
Otia quas plumis desidiosa tenent:  
Quas capiunt prisco sub consule pressa phalerni  
Pocula: quas lautis mensa parata cibis:  
Quas immaturas ui pādicare puellas  
Quas iuuat & teneros supposuisse mares:  
Quæ sua lomento poliunt & dropace membra:  
Sordida quæ Cosmi munera semper olent:  
Quæ sibi componunt longos ex ordine crines  
Quæ iuuenum labris inguina tenta uorant:  
Tristia non peragunt lepores non prælia damna  
Non quatiant moles tela cruenta manus.

¶ De Aduentu Hermetis.

¶ Nascitur alma dies qua principis ora sereni  
Qui fera squammoso signa dracone gerit.  
Spectabunt patriæ foelicia moenia nostræ:  
Phoebe ueni: nostros iam pete phœbe polos.  
Gaudia quid differs: hilaris iam pompa paratur  
Stragula picta uias: uela theatra tegunt:  
Pegmata tolluntur: crescunt super astra Colossi:  
Currit equus: quatitur lancea: sica furit:  
Exercent iunctas iuuenilia membra palæstras  
Scena patet multis deliciofa iocis:



¶ Liber Quartus.

Carmina cantantur: concentibus aera mulcent:

Tibia: plectra: lyre: buccina: siftra: tuba.

Obuius it' populus regi: sanctusq; senatus:

Et nitet in modica quæq; fenestra nuru.

Phœbe ueni: ueniet si te prior inclytus Hermes:

Lucebit nobis te sine clara dies.

¶ Hieronymo stella.

¶ Nūc uideo quid sit charo sine tēpus amico

Ducere: quid curas sit tacuisse suas:

Munera amicitia: nunc nosco & præmia uera

Et sua quod pretium foedera sancta tenent.

*mas per giron* Limina nunc stygii fidum penetrasse tyranni

Thesea pirit hoo credimus atra suo:

Credimus & nisum sæuis cecidisse sub armis

Sisteret ut soti tristia fata sui.

Nam tua quo iuncto sequerer uestigia gressu

Irem tartarei trina per ora Canis:

Perq; procellosas syrtes per saxa maleæ

Per mare quod rapido uortice Scylla trahit.

Nam sine te uiuo. sine me si uiuere possum

Aut animæ possum si sine parte mea

Quo uel chare mihi uenias Hieronyme tādē

Dimidium cordis: uel mihi redde mei:

¶ De Cassandra fideli.

¶ Ut ilis ut campis imber mortalibus axe.

Semper ab æthereo gratia larga pluit.

**C** Liber Quartus.

Pollulat & semper uirtus radicibus imis

Arbor ut in pingui luxuriosa solo.

Et si non omnis multas producit aristas

Qui pariat multas est tamen unus ager.

Quælibet ora suum munus: sua præmia noscit

Luce nitent solis tempora quæq; sui:

Multorum fuerat celebris iam fama uirorum

Viderunt multos sæcula prisca deos:

Nunc tantum lux una nitet nunc candida uirtus

Vno sub tantum pectore tota sedet

Quod ne forte uiri credas: castissima uirgo

Quæ trahit a recta nomina sancta fide

Hoc Cassandra decus tantas habet unica laudes

Pro nobis sapiens omnibus una uiris.

Quisq; deã putet hanc: nã si medicum ue poetã

Qui rerum causas noscit & astrologum

Semideos omnes dixerunt: omnia noscit

Qui simul hæc: merito dicitur ille deus.

**C** De eadem.

**C** Maturæ gaudete nurus: gaudete puella:

Vos quoq; quas pigras tarda senecta facit.

Nunc quod eũq; decus uestrũ est: nũc glia quæq;

Laudibus ex uestris fama; clara uenit:

Nunc hederae uobis dantur: nũc innuba laurus

Exornat uestras fronde uirẽte comas:

Quis genus humanũ noscit: Cassandra q; audet

Præscia uenturi dicere fata Iouis?



**¶ Liber Quartus.**

**¶ Quis logicae laqueos: & caeca aenigmata soluit?**

**¶ Eloquii nectar quis Ciceronis habet?**

**¶ Ista pudicitiae uates lux unica sanctae**

**¶ Incluta cui matres condite templa. dex:**

**¶ Nam dedit aeternum uobis quae nomē. honoris**

**¶ Aeterni fas est sentiat illa decus.**

**¶ De Iulio Pontano ad Ciuēs.**

**¶ Si cupitis ciues hyemis sub tempore? ueris**

**¶ Tempora purpureis picta uidere rosis**

**¶ Pontanus pingat flores & gramina: Belli**

**¶ Tempore si pacis foedera sancta piaē**

**¶ Pontanus pingat pacem: licet hostibus hostes**

**¶ Arma armis certent: pax erit alma tamen:**

**¶ Si tenebris atrae noctis sub lumina clara**

**¶ Si nigros claro lumine noctis equos:**

**¶ Sub tenebris pingat lucem: sub lumine noctem**

**¶ Nocte erit & sine nox: & sine luce dies:**

**¶ Nam mentem pingit: mores animasq; deosq;**

**¶ Quod nec habet formam: qd nec habere pot:**

**¶ Pingere res quae sunt: terrā: mare: sydera clarū est:**

**¶ Quae nec sunt: nec erunt: clarius esse patet.**

**¶ Ad Amicum.**

**¶ Si puer est Veneris natus die curuat amice**

**¶ Qualiter opposita cornua dura manu.**

**¶ Si cecus: certos die cur tam dirigit ictus**

¶ Liber Quartus.

Et fallant teneram spicula nulla manumne  
Si pauper nullo cingit sibi corpus amictu:  
Qualiter hic cunctas possidet orbis opes:  
Ignis aquam pellit: flammæ pelluntur ab undis  
Non est diues: inops: uirq; puerq; senex.  
Hæc mihi pingere precor: nam te pingente cupido  
Pauper erit: diues: uirq; puerq; senex.

¶ Epitaphium Christofori Peregrini

¶ Qui miseros pauit: coluit qui templa deorū:  
Et quo clam mulier plurima nupsit inops:  
Clarus æques tumulo situs est peregrinus in isto  
Christophorus: paruo magna ruina loco est.

¶ Marco ciuili.

¶ Quæ sui Scythicas rupes gelidosq; Triones  
Quo ueniens boreas spirat & axe notus:  
Qua germanus atrox torquet sua tela: fugaces  
Qua Parthi uersa post sua terga manu:  
Qua tumidum iactat feruentes æquor arenas  
Qua sua semotus regna Britannus habet.  
Nec potui infelix castam iuuenisse puellam  
Et quæ non esset perfida: tristis: atrox.  
Iuppiter est testis: falsas qui sæpe puellas  
Quum uidit serpens: foemina: taurus: auis  
Has ueluti clades fugiens incendia: morbos.  
Iuit ad æthereos cum Ganymede polos.

¶ Liber Quartus.

¶ Ad Petrum medicem.

¶ Cur sylvas habitem solus cur iugera semper.

Vrbani fugiens tecta superba soli:

Sunt ubi deliciae populi tot templa tot arces

Mensa: aurum: gemma: uasa: theatra: togæ

Innumeri uates: equitum: dux: atq; magister.

Consulis & gemini sella: tribunus: eques:

Blanda puellarum faciles ubi turba choreas

Exercet: Iosus & Venus alma tuos.

Miraris: fatuus ructat quum uerba beatus

Nescio tergeminum dicere Petre sophos

Ad crepitum digiti nec olentem ferre matellam:

Tollere nec spurco uase quod ipse uomit.

Non pathicum tractare semur lumbosq; fricare

Quum sua baianis corpora purgat aquis.

Non scorpum laudare suum: si pallidus axe

Decidit: & fatis hoc tribuisse feris.

Qui modo tellurem curuo scindebat aratro

Nec matutinum ferre sagatus aue.

Nescio blandiri tandem: crimenq; probare

Fac mutet mores urbs: ego tunc ueniam.

¶ De Re pentina ad Ioannis Maii morte.

¶ Mortis Ioannes subita quod spicula sensit:

Quod petiit stygii tam cito ditis aquas

Non sine mente Iouis factum est: nam quæd i orbe

Nascitur: Imperiæ statq; caditq; Iouis.

¶ Liber Quartus.

Quicquid agunt superi iustum est: nō sydera possūt  
Criminis iniusti turpia signa pati:  
Ille igitur merito cecidit: sed discite quare  
Esset ut uxoris gloria nota suæ.  
Quæ dum uiuus erat thalami sub lege iugalis  
Non poterat lumen fundere pressa suum.  
Ingenium: mentem: mores: animumq; uirilem  
Casta nec intactæ dona pudicitia  
Vxorem sed se noscens uir clarus ut esset  
Claudebat sancti pectoris omne decus  
Est sua nunc quoniam: ueluti sol spargere coepit  
Lumina: cum uentus nubila densa fugat.  
Pergama facundus si non uidisset Vlixes  
Non nunc Penelopes tangeret astra pudor.  
Vixisset Brutus: tunc non tam clara fuisset  
Portia: non uiuo foemina clara uiro est  
Sub duce qui pugnat miles. non clarior illo  
Illo sit quamuis fortior: esse potest:

¶ De Theodosia:

¶ Currite custodes capiet Theodosia ferrum  
Currite: uult fati uincere iura sui  
Coniugis: & subita subitos moestissima casus  
Morte sequi: bruto portia casta suo.  
Nec tantum ferrum: flammas sed tollite: flammas  
Nec tantum sæuæ sed necis omne genus.  
Nam quicumq; mori casto uult captus amore  
Inuenit innumeros quis cadat ille modos.

## ¶ Liber Quartus.

### ¶ De Repentino casu Ioannis maii.

¶ Mors superat fatum: fatis ne credite: possunt  
Mutari: uariat stamina quæq; soror.  
Non est fixa dies uitæ: non terminus ullus.  
Nullaq; sub certo fœdere iura manent.  
Cuncta regunt subiti casus mortalia: morti  
Quisq; potest iuuenis cedere: quisq; senex.  
Nam qui tam subito cecidit nunc funere maius  
Debuerat cœli uiuere lege diu.  
Diues enim: largus: clamens: hilarisq; piusq;  
Et probus: & ualido corpore fortis erat.  
Munera fatorum sunt hæc: his noscimus illum  
Tam cito fata uirum non uoluisse mori.  
Mors uoluit potuitq; suis sæuissima telis  
Et clam sub stygios hunc tulit atra lacus.  
Sydera decepit: paruo nam tempore sanus  
Infirmitus: uiuus: mortuus: atq; fuit.

### ¶ Epitaphium Marioti de monte.

¶ Mens proba: recta fides: hilaris clamētia: cautū  
Consilium: probitas: religionis amor  
Vndiq; reddebant clarum quem: nobile corpus  
Montibus exposuit hac Mariotus humo.  
Curabat Venetis pro regibus arma uirosq;  
Ordine legitimo martia castra sequi  
Vixerat ille parum: si commoda nostra requiris  
Tempora si: Pylum iam superabat auum:

**¶ Liber Quartus**

**¶ Eiusdem**

**¶ Quem Verona tenet: genuit florētia: Martis**  
**Tutor eras Veneti uel Mariote pater.**

**¶ Ad Pyladem.**

**¶ Me Saxum dixit: qui nouerat omnia uates**

Sydera Parrhasio quæ uidet urfa polo  
Vix natum fieri me Saxum uidit amore:

Vidit ut in Saxum me ferus egit amor:

Duricia rigeo: sub pondere cogor inertis

Battus ut & Scyron sum grauis & gelidus:

Qualiter: at dices: musas heliconis ab alta

Plena deo quatiens pectora sede trahis?

Componis: dictas: facundo differis ore

Quid flammæ: quid sint terra: fretum: superi?

Nó loquor hæc: ñ hæc lapidoso pectore manât:

In me qui uiuit solus amor loquitur.

**¶ Ad Petrum medicem.**

**¶ Ne te semper agūt curæ uelut æquora uentis**

Indomitum naues improba: Petre rogo.

Quid iuuat Assyrio si littore tutus amomum

Atq; Arabum diues mascula thura uehas?

Quid si Callaicis astur tibi mittat ab aruis

Munera uel Gangis uel preciosa Tagi?

¶ Liber Quartus: 117

Ista cadunt ueluti uiridi flos Vernus in umbra  
Quum sol flamiferi terga leonis habet.  
Mors ruit & ueluti maturas messor aristas  
Omnia uulnifica falce cruenta secat.  
Non fortunatis parcit: non illa beatis  
Tartara sub crasso diuite codrus abit.  
Fabula uana sumus: uita hæc est uentus & umbra  
Viue igitur: nimis est mors fera: sape mori.

¶ Ad Casarem uiaranum de nuptiis.

¶ Dulce quæ carmen canitis sorores  
Rupe dircea: laticemq; fontis  
Summitis clarum geniti cruore  
Gorgonis atro.  
Phœbe qui lauro roseisq; crines  
Floribus pingis: geris & sagittas:  
Fila qui tangens citharæ. serarum  
Pectora mulces.  
Pergite huc omnes simul & fauete  
Ore nam uates celebrandus ille  
Ille qui doctum superat Catullum  
Arte lyraq;  
Ducit ardentem thalami puellam  
Ad sui lusus teneram pudicam  
Crinibus flauis: roseis labellis:  
Fronte serena.

**C**Liber Quartus.

Hæc Venus & tu uentis columbis  
Vecta torquatis: puerumq; ducas  
Qui faces gestat manibus tenellis  
Duraq; tela.

Vt nouæ flammæ capiant medullæ:  
Cor tuum nuptæ bibat ut uenenum  
Dulce: quo uati sociata: uatem  
Discat amare.

Quos iocos lectus titubante sponda  
Sentiet foelix: hilaris lucerna  
Quas suo pugnas oleo nouari  
Sæpe uidebit.

Murmure æquabunt nigeas columbas  
Brachiis iunctis hederas sequaces  
Basis conchas Veneris salaces  
Dulciter ambo.

Illâ producet similem parenti:  
Ore formoso puerum decorum:  
Vna nascetur similis puellæ  
Pulchra puella:

Ergo quo multos uideant nepotes  
Et tibi multas pariant puellas:  
Iunge foelici simul hos cathena  
O Hymenæe.

**C**Ioanni Aurelio Augurelo.

**C**Hactenus Ausoniis ueteres hausisse poetas:  
Fontibus Aoniæ nobile nectar aquæ.  
Credidimus solos astrisq; fauentibus illos



**¶ Liber Quartus.**

Bellorophontæas incoluisse domos.  
Spernere nos phœbū: nos spernere docta sororum  
Numina: nos Bacchi flexipedes hederas  
Nullus enim viridi cingebat tempora lauro  
Nullus erat priscis equiperandus auis.  
Credimus Aureli sed te resonante Caballi  
Carmen ab Aonii nosq; bibisse lacu.  
Reddita sunt nobis phœbi te munera uate  
Redditus est phœbus te quoq; uate sibi.

**¶ Ad Eundem.**

¶ Castalios quōda latices mihi phœbe solebas  
Spargere dircæi fontis & ambrosiam  
Et mihi diuinum facilis præstare furorem  
Illum quo latæ iam cecinere tubæ:  
Nunc mihi sancta tui clauduntur limina templi  
Pellor & a montis culmine uirginei  
Nec licet e tantis & tot mihi fontibus undam  
Sumere: quæ media turbida ualle fluit.  
Nō est quod doleas nā te celebramus: amamus:  
Sed dare quæ data sunt munera quis poterit?  
Plectra: comas: citharam uati concessimus uni  
Et quodcunq; nemus castalis unda lauat.  
Nos habet & nostros Aurelius unus honores  
Solus habet: lauros: numina solus habet.  
Vis mea quæ fuerat uates dispersa per omnes:  
Vnius in solo pectore maior erit.

**¶ Liber Quartus.**

**¶ Eidem.**

**¶** Gutta uel anguifera toruo cadat oré Medusæ  
Altera pegaseus qua renouetur equus:  
Et renouatus agat geminatis aera pennis  
Donec humi liquidam uiscere ducat aquam  
Viscere ducat humi gelidi tibi flumina fontis  
Taurus in extinctos qua cadet ante focos  
Postq̄ Castaliis Aurelius unus in antris  
Et iacet & totas possidet unus aquas.

**¶ De Eodem.**

**¶** Phoebus habet citharam nec nō Aurelius una  
Hic sonat: ille tenet: hic tenet: ille sonat.

**¶ Eidem.**

**¶** Diuisit phæbus cum diuite munera regno  
Plectra: Lyram: lauros: iugera: templa: lacus:  
Et dedit Aureli tibi laurea ferta lacusq̄  
Plectra lyram: musis iugera: templa suis:

**¶ Eidem.**

**¶** Te sine phoebe tuis Aurelius unius amator  
Vatibus: & uates te sine solus amat:

**¶ Ad Eundem:**

**¶** Aureli genitor nouem sororum  
Illarum decus: & decus sacrorum

**¶ Liber Quartus:**

Vatum: tempore qui fuere prisco  
Seu quem nunc celebrat colitq; multa:  
Vlva mintius horridus Maronem:  
Seu quem palladia: probant Athenæ  
Dicas seu tenerum suo Tibullum  
Cantu: qui silices ferasq; cautes  
Possit frangere: dulciter sonoro:  
O quantum tibi gratiæ dedere  
Qui uoluunt super astra fata coelos  
Ut nondum gelidus cinis legaris.

**¶ Eidem.**

**¶ Laureli a lauro uel nomen ducis ab auro**  
Aureli egregium nomen utrunq; tuum est.

**¶ Ad Venerem:**

**¶ Cōsule blāda Venus: mihi cōsule blāde cupido**  
Foemina me laqueis coepit iniqua suis:  
Miraris? ferus est laqueis Mars captus ab istis  
Iuppiter & nunquid tu Ioue maior eris?  
Hoc ego non doleo: sub q; mihi foedere tanto  
Muneribus pactam rapit auara fidem:  
Et tu muneribus certa sum pauper inopsq;  
Vel nummos habes: uel male pauper amas:  
Hos mihi dat nullus: mors est: desiste precari  
Quod sibi consilium pauper amator habet:

**¶ Liber Quartus.**

**¶ Pompeio aegro De Amica**

**¶ Munera quid faciunt: & amor sceleratus habedi**

**Quid sitis argenti: quid scelerata fames:**

**Quid uestes auro textæ gemmisq; nitentes**

**Et quid erythræi lucida concha maris:**

**Quam non Penelope: quam non Lucretia casto**

**Pectore vincebant moribus atq; bonis:**

**Quam pulchri iuuenes clari temerare uitiq;**

**Sanguine uel forma non potuere suas:**

**Horridus: incomptus: duris asuetus aratris**

**Et cultæ cereris spargere semen humo:**

**Sordidus hanc potuit numerato rusticus auro**

**Auetula & turpi qui fugiendus erat.**

**Munera quid faciunt: meretrix & adultera nunc est**

**Tyndaris: insignis Portia quæ fuerat.**

**¶ Ad Auaram Amicam**

**¶ Quod Crassus nolens aurum tu gēma bibisses**

**Sponte tua est auri tam tibi magna sitis:**

**Et ueluti saeuus Polydorum cæde tyrannus**

**Immerita faceres sub styga fere pedem**

**Aureolos nam quum sentis aut æra sonare**

**ieiunam non te mensa cibisq; tenet:**

**Non pater aut genitrix non te fraterq; sororq;**

**Carris: & amisso cæca pudore furis.**

**Hos petis: & thalami leges & iura mariti**

**Et sanctam temeras Luxuriosa fidem:**

**¶ Liber Quartus.**

**E**t supponebas uno quod casta marito  
Supponis turbæ manere capta femur:  
**E**rgo suburrânis sedeas uitata cathedris  
Vel iaceas uno foemina casta toro:

**¶ Ad Venerem.**

**¶ T**orqueor alma Venus flagrâti torqueor igne:  
Quis te tam subitus destruit ignis? amo:  
**Q**uam? nō quam: sed quē poscas: scelerate cynedū  
Diligis: & sequeris: & mihi poscis opem?  
**S**i scelus est: summo cur pocula grata tonanti  
Dat puer æthereæ raptus ad astra domus?  
**C**ur tenerum dilexit hylam Tyrinthius heros?  
Et cur œbalidem pulcher Apollo suum?  
**S**i scelus est: tibi cur placuit formosus Adonis?  
Sed scio sit cur: sic foemina quæq; facit.

**¶ Ad Iacobum Comitem Iuliarum.**

**¶ S**cribere ceratis ualeat quo iure tabellis  
Legitimo quicq; plebsq; patresq; iubent:  
**S**eu quum uersurus negat inficiator: & urget  
Fraudibus actorem criminibusq; suis:  
**S**eu quum ueridicus tollit uadimonia prætor  
Et contestatæ foedera litis agit:  
**A** Violis dictus genuit quem uir probus ille  
Qui causas triplicis scribit & acta fori:  
**F**ac qui pieria redimitus tempora lauro

**¶ Liber Quartus**

Docta comes phœbi plectra iacobe tenes:  
Per Veneris currus:phariæ per sinistra iuuenæ  
Per cybelis gladios:per louis arma precor  
Perq; tuum nuper gelidas quæ detulit undas  
Limen ad ardentem & noua nupta faces.  
Non est grammaticus dices:uel forte poeta  
Nec timeas docto sub patre doctus eris:  
Ferre iugum domita discunt ceruice iuueni  
Ferre uirum facilis qui fuit acer equus:  
E meritis genitor capiat iam præmia nati  
Ah scelus est:pauper uiuat ut ille senex.

**¶ Ad Dantem Aligerium**

**¶** Efficitur curuus quum tempore præmia fortis  
Iam dudum populo si gladiator habet:  
Et rude donatus:non te peto:non peto dicit  
Sed piscem:quid tu retia galle fugis?  
Et si depositis miles sextertia telis  
Accipit ad pylîi sæcula ductus auis:  
Qui totiens sancti scripsit consulta senatus  
Orta tribunitia iuraq; lege diu.  
Auctio quum fertur quum res supponitur ipsa  
Arbitrio iusti consilioq; uiri.  
Iam conclamandus miseræ iam proximus urnæ  
Cogetur rapidæ dente perire famis:  
Ah scelus indignum:quis sit:si nescis:ianthis  
Illi purpureum nomen amica dedit:  
Cui faueas igitur:iubet hoc præstantia:mores

¶ Liber Quartus:

Recta fides: probitas: & pietatis amor:  
Quod: facies: natum indoctum licet esse negetur  
Te poterit uestro connumerare choro.  
Esse scelus dices: non est hoc scribere natum  
Indoctrum: doctum sed renouare patrem.

¶ Ad Hieronymum Callagranum.

¶ Horridus in fixit fatali sydere dama  
Inguinibus patruī Vulnera saua tui  
Implicuit duris feruentes ossibus ignes  
Et flammam cordi febris amara tuo:  
Commodior potuit nullo te tempore morbus:  
Sternere: nec febris aptior hora fuit:  
Quam non induxit nimio generata labore  
Bilis: nec stomacho res uiciata tuo.  
Non gaudes sumpto noctem superare salerno  
Nec diues multa: luxuriaris ope.  
In medio tua signa locas sub sydere: tendis  
Nec tamen obscuras ad phlegetontis aquas:  
Hanc pietas: hanc nota tui clementia cordis  
Intulit: hanc patruī uel genitoris amor:  
Viuerē nolebas si non medicabile uulnus  
Illud erat dāma: quo feritate nitent  
Quod fuit in patruo sauum & miserabile uulnus  
In te mutatum febris iniqua fuit:

¶ Antimacho.

¶ Ad uarios solum populos quem fata dedere  
Sorte mihi frater quod meus ire parat.

**C**Liber Quartus.

**Q**uod rhodani lauat: unda bibunt qui flumina rheni:

Et quos multiplici nilus inundat aqua.

**Q**uosq; ferit rapidus Ganges: celer atq; garunna:

Qui caua pro cultis sedibus antra colunt:

**Q**uo ualeat liber ualeat quo pergere tutus

Muneribus nullis per loca cuncta petit:

**G**onziaci regis clara sub gente notari

Sanctaq; magnanimi signa referre ducis:

**O**mnia tela quibus uel saeva pericula uincet

Aeris & terre uel uoliqu; maris:

**I**sta negas: scelus est: hæc si tibi fata negassent

Non tam clara tuum tangeret astra caput.

**C**Ioanni Britanico.

**C**Non q̄a sis doctus te docte Britannice miror:

Res humana meum non mouet ingenium:

**S**ed quoniam uatum penetras sic limina: plenos

Ut thalamos sancto numine perspicias:

**U**t mentem teneas: Cor: sensus: pectora: nec sit

Se melior q̄ te quem legis ingenio.

**C**larior imo tuo sit lumine: doctior arte:

Candidus & niuea simplicitate magis:

**S**ub Iuuenale tuo Iuuenalis uiuere gaudet:

Vel secum gaudet uiuere bis potius:

**P**ersius ipse sibi dicit sum Persius atra.

Sub styge quimersus perditus ante fui.

**F**ulminat: odit: amat: pugnat: cantatur achilles

Te ualet & uita candidiore frui:

**H**oc decus est ingens: hæc sunt miracula: uitam

His dare qui uitam carmine dant aliis.



¶ Liber Quartus.

¶ Ad Ioannem Britannicum.

¶ Condita materno mitto tibi carmina cantu:  
Sed quæ maternum non capit ingenium  
Plebs legit: & gaudet: fateor sermone canuntur  
Plebeio: plebis pectora sed fugiunt:  
Grammaticus uidet hæc si doctus: ridet & in me  
Verbosi torquet spicula grammatici:  
Si bonus orator: Veluti noua crimina: clamat  
Tardipedis petit hæc sicelis ara dei:  
Si rerum causas qui discutit: anxius hæret:  
Et labyrinthis uix fugit etenebris:  
Res mira est: superũ rex qui nõ fallitur: hoc scit:  
Ut scit: sub causis: est opus: illud erit:  
Non tamen hoc opus est: sic nõ ui cogitur ulla  
Sydera quem cogunt: certa; fata Iouis:  
Hoc soluant phœbi tripodes: Cortina sibyllæ  
Si quod sub causa est: non opus: ac opus est.

¶ De Catella.

Ubera nostra canis cur stringis? non tibi Mater  
Sum: mea non tangas ubera: mater ero:

¶ De Catella.

Si rerum motet ordo Iovem: cur non mihi uitã  
Dant superi: credunt uiuere me super i:

**C**Liber Quartus.

**C**In Leandrum.

**C**Per freta dum peteret dilectæ tecta puellæ  
Leander tumidis est quia merlus aquis:  
Noster uina bibit nullo uiciata liquore  
Leander: teneros comprimit atq; mares  
Ingeniosus homo est: sæuum fugit omen: amore  
Foemineo sic non fluctibus atq; cadet.

**C**Ioanni Taberîo.

**C**Verba eruētatis excussa casside pennis  
Quæ dicis geticus dixerat ante deus  
Quiq; super bimaris meditatur saxa corinthe  
Carmen & in summa phocydos arce sedet  
Tunc cum pampineis sensit te Brixia campis  
Versibus indomitas sollicitare feras  
De me quod fingis tribuit tibi Iuppiter uni  
Pallados armisonæ munus utrumq; tuum est:  
Componis: dictas: declamas: differis: astra:  
Noscis: & arctoi limina quæq; poli:  
Quod tibi uel phœbi latitat sub pectore numen.  
Quod magis est phœbus uel nouus ista facis.

**C**Baptistæ Carmelitæ.

**C**Ideis cybeles colitur: si rupibus Ammon:  
Si libye gentes inter & athiopas:  
Gradius romæ: iuno carthaginis arce:

**¶ Liber Quartus.**

Phocidis in templis phœbus & ortygiæ:  
Gnostiaco dictinna solo: cadmeius urbis  
Inuictis bacchus gentibus anguigenæ:  
Hoc decet: hoc fas est: uenerantur numina galli  
Atq; celeneæ mystica sacra deæ:  
Iuppiter astra mouet nutu: sol temperat anni  
Tempora: sydereæ cynthia nocte micat:  
Iuno fouet partus: Venus: est quæ gignit amorem  
Bacchus agit curas: & graue tollit onus:  
Ast ego cur tollat nulla est sub Iudice caua:  
Tu tamen ut plenus numine uera canis:  
In me non mereor laudes ut Pamphilus: in te  
Ut uiuo uera ductus amicitia  
Sum deus interris: o foelix copia laudum  
Quas aliis laudes uis dare: tu tibi das.

**¶ Ad Cultores cupidinis.**

**¶** Quas habeat uires diuerso pannus amictu  
Disce cupidineo numine quisquis amas:  
Teutonica spatiale tegitur si turgida ueste  
Mutato uultu tyndaris efficitur:  
Ore nitet ueluti paphia quæ mollis in arce  
Dat laqueos nato: dat fera tela suo:  
Tyndaris ausonia tegitur si ueste decora:  
Mutato uultu turgida fit spatiale:  
Lomentum nihil est: nihil cerussa puelle:  
Non ornant uestras linteia picta genas:  
Si phœbi radios: si uincere sydera uultis  
Formosæ uestes summite teutonicas.

**¶ Liber Quartus.**

**¶ De Catella:**

**¶ Sum quam sculpsisti: redeas: hæc gratia rara est:  
Quum manus. artificis decipit artificem:**

**¶ De Catella:**

**¶ Artis natura perit sub gloria nunquam  
Sub me naturæ gloria tota perit.**

**¶ In Iacobum.**

**¶ Fessus adhuc iaceo curis somnoq; sepultus  
Me petis & narras bella cruenta: loquax  
Milleq; germani tercentum uela dedere  
Aeoliis centum: gallica turba notis:  
Asseris: & numeras cunctas ex ordine naues  
Illa uolat remis: hæc sine sulcat aquas  
Multæ rostra gerunt: multæ sunt corpore longo  
Aemonias possint quæ superasse rates:  
Has faciet nymphas merito uenus aurea: scis quot  
Sint tabulæ: remi: carbasa: transtra: fori:  
Describis peditum turmas: equitumq; cateruas:  
Castra locas: torques spicula. testa rapis:  
Incendis: laceras: urbes: popularis & agros  
Nomina das seruis: militis atq; ducis.  
Exclamas: pellis: fugis: induis: exuis arma  
Nunc uincis: uicto nunc miser hoste cadis:  
Sit pudor ah tandem dilecti corda sodalis  
Desine letiferis figere tot iaculis:**

¶ Liber Quartus.

Ferrea bella petens uel tandem decide bellis  
Vt tandem cesses ferrea bella loqui.

¶ In Gallum.

¶ Quicquid fata iubent summis & Iuppiter astris  
Est opus humanum nos tolerare genus.  
Nil aulae iuuant: auri nil fulua supellex  
Hesperiam nil quod mittit ad inducitur:  
Picta nec oebalio fulget quae murice uestis  
Nec quae Carpathio littore concha nitet  
Inclyta progenies animosum pectus: acuti  
Ingenii: uirtus: gloria: fama decus:  
Diues erat Priamus: uidit tamen urbis Achiuos  
Iliacae misero uertere tecta solo:  
Vir ferus: & duris Hector fortissimus armis:  
Iuit ad infernas uulnere casus aquas:  
Mortuus Anchises patriis est: pulsus ab oris.  
Non potuit: roseum forma iuuare Parim:  
Gloria: fama: decus: gemmae: mens strenua: uirtus.  
Magnanimi calabrum non potuere ducis.  
Seruare Imperium sceptro: populosque tueri  
Spicula pro gallis astra tulere feris.

¶ In Spinetam.

¶ Ad tua quod siculi linquēs sūma iuga Pelori  
Atque Gnydum uenit limina pulchra Venus  
Tecta rosis crines: & murice cincta rubenti

¶ Liber Quartus.

Et iocus & niueo gratia quæq; pede:  
Iamq; faces ardent: castos Hymenæus amores  
Iam probat: & uulnus blanda puella timerz  
Carmina: Zona: nuces: flâma: lyra: myrtus: & údæ  
Munera soluerunt sacra Thalasse tibi:  
Non aurum: gēmas: teneros sed mittimus agnos:  
Quos decet auspiciis munera lata bonis:  
Non agnos rabies agitat uasanna: cruentus  
Non furor inclades sauaq; bella trahit  
Vellera dant placidi: sacras maçantur ad aras  
Quum cremat accensus mascula thura focus  
Iuppiter his epulis sociis: & lauta parauit  
Prandia: cum Solymis iura daret populis:  
Accipe dona damus tibi mystica: uiuet ut agnus  
Iuncta suo clæmens' castaq; sponsa uiro:

¶ De morte Regis Parthenopes.

Partenope lachrymas urbs inclyta cōprime: regē  
Mors subito quāuis presserit atra tuum  
Non poterat superas astris melioribus oras  
Scandere: non fato candidiore mori:  
Regalis mors ista fuit: uir fortis: & acer  
Non decet ut morbo languidus astra petat:  
Non decet ut uires moriens amitat: & æger  
Sæpe necis telo mortuus ante cadat:  
Rex subito moriens moritur: Rex tempore longo  
Qui languet Regem q̄ cadat ante uidet:  
Adde quod hunc trepidans nunq̄ mors ausa fuisset.

¶ Liber Quartus:

Semideum telis dilacerare suis  
Fert decus iste tibi casus: rapuisse proteruam  
Nāq; tuum mortem clam timuisse ducem est

¶ Ad Bassanum:

¶ Ad gelidos fontes: ad amœni iugera campi  
Venimus: & parvæ tecta beata casæ:  
Aemula penei vitreis ubi labitur undis  
Vnda: uel auratæ qua fluit Hebrus aquæ  
Populus! Herculeis uirides ubi frondibus ūbras  
Spargit: & Idaliæ myrtus amica deæ  
Qua narcisse uires: mollis qua floret a canthus  
Qua cytisum pecudes: qua thyma carpit apis:  
Pica loquax doctas imitatur uoce sorores  
Et tua flet Progne crimina dira soror:  
Curuus arator humū scindit: locat ordine uites  
Rusticus: & curua gramina falce secat:  
Lis uesana tacet: iuris tria uerba silentur  
Palladii: gemino consule prætor abest:  
Vidimus innumeras urbes: sed cuncta tumultus  
Solicitat stimulis cæca libido feris:  
Furta: dolos: rixas: celebrant: nūc oppida cāpos  
Verus amor niuea simplicitate colit.  
Fulua cola s igitur diues pallatia: pauper  
Ast ego sed lætus florida rura colam.

¶ Ad Vergilium Zauaricum.

¶ Qui uenturus erat: nobis ut uota benignus

¶ Liber Quartus.

Solueret: ut duri tolleret arma patris!  
Claudus ab ociduis uenisset gadibus olim  
Duxit erythræas uir ferus unde boues:  
Nō mouet aut tardus qua frigida plaustra bootēs  
Stare uel immodica creditur axe mora:  
Sydera spectantur domini qua fulua lycæi  
Cum quo solsticium iunctus Apollo facit  
Qua niger eoo gemmas legit Indus inamne  
Et uomit acceptas frigidus auster aquas:  
At ueniet dices: post tempora comoda rerum:  
Qui uenit ingratus: non uenit: atq; uenit.

¶ Ad Eundem:

¶ Deponant: blandis latrones spicula uerbis  
Indomiti thraces: indomitiq; Scythæ.  
Iuppiter arma tenet: quæ mittere dira parabat  
Quum patula uersus accipit aure pios  
Scylla trahat canibus quæ triculenta marinis  
Vndiq; concussas per uada cæca rates:  
Exorata preces audit: lachrymisq; charybdis  
Sape suo fluctus continet ore graues  
Omnia non frangit scopulosus ligna Caphareus:  
Nec semper libycis Syrtibus unda nocet:  
Nulla illa preces audit: mirabile monstrum est:  
Quum non sit scopulis durior atq; feris:  
Hunc pellis. damnas: nihil est hoc credimus audi  
Ipse meas si uis audiet ille tuas.



¶ Liber Quartus.

¶ Epytaphium

¶ Quis iacet hic? scelus est? nomen dare? foemina uel uir?  
Vir malus: inferna dignus aue: & lapide.  
Cur? coluit cedes: incendia: uulnera: tantum.  
Vnde scelus? nullos credidit esse deos.  
Quo perit fatis? flammis: Hieronymus hic est.  
Proditor: impostor: nosco: licet taceas:  
Maxima non latitat uirtus: non crimina praebent  
Illa boni titulos nominis: ista mali.

¶ Ad Bassanum.

¶ Urbis auratas Adamantis aedes  
Splendidi clare fluuioq; riuos  
Limpidos uidi: Phaethontis atq;  
Nobile regnum:  
Littus annosa tetigi Rauennae:  
Quam rigat nullus uitreo liquore  
Fons: ubi tristem redolēt: Mephitim  
Iugera quæque.  
Vina Caesena bibimus superba:  
Vilis arguto Ciceronis ore:  
Quæ suos mactat uiolenta ciues  
Vt Lupus agnos:  
Cuius in portu laqueis uel esca  
Retibus: pisces maris & proteruis  
Fluctibus ducit numero carentes  
Nauita prudens:

¶ Liber Quartus.

Qua fluit paruo Rubiconis amne  
Cæsaris magni celebrata cursu  
Vnda: quum rerum domini cruenta  
Bella tulerunt:

Aurei nomen pretio trahunt quos  
Ponderis muros: mihi Rex petenti  
Ingredi lato pius haud negauit:  
Et probus ore:

Quæ sedet collis salebris in arcem  
Arduis: summam colui diebus

Quiq; dilectam ueneri tibiq;  
Blande cupido.

Illaquæ fessas tumidos carinas  
Ob maris fluctus resonante uento  
Improbo scæuo capit una portu  
Pulchra decoro:

Virginis sacra niuæ beatæ  
Osculans multis lachrymis figuram  
Post reus uoti posui tabellam  
Limine templi:

Hic meum dixi dominam deamq;  
O Iubar coeli foueas amesq;  
Illius fulua caput & tiara  
Contege uirgo:

Ara sumnota est: tremuere tecta:  
Culminis per se sonitus dedere  
Aera: sparserunt radios per omne  
Lumina templum:

Verba cœlesti tulit ista uirgo

**¶ Liber Quartus.**

Ore felici mihi crede forte  
Quod petit donum dominus deusq;  
Vester habebit:  
Ergo magnorum generosa regum  
Mantuae Princeps soboles galero  
Iam teges rubro caput: & beata  
Sede sedebis  
Nanq; non possunt superum: iubetque  
Alma mutari genetrix: nec ulla  
Lege tardari: celebranda si sunt  
Fata deorum.

**¶ Ad Quirites.**

**¶** Inlyta nascetur uirtus gaudete quirites  
Militiae redeunt signa decusq; sacrum:  
Qui mo' marcebat uino:q; Thaida demes  
Nunc olidam princeps nunc rapiebat hylam  
Martis amore furēs: clarae quoq; laudis honore  
Strenuus inuictas ducet ad arma manus.  
Ibit duans uictor spoliis insignis opimis:  
Imponet capiti Laurea ferta suo:  
Ocia segnicem pariunt: gelidumq; timorem  
Ingenii uires corporis atq; Labor.

**¶ In Antonium montanarum:**

**¶** Antoni quare pelagi sale quæris amaro  
Miscet immensas Carula doris aquas

**¶ Liber Quartus.**

Non est telluris sudor: non halitus undæ  
Quæ simul astricto corpore pondus habent:  
Sed quia Neptuni spaciosum feruidus æquor  
Sol ferit ardenti quum petit astra rota:  
Exiguas rapiens partes tenuesq; resoluens  
Et linquens putri flumina mista luto:  
Vnda maris salsa est: rudis indigesta saporem  
Talem sic mixtus quilibet humor habet.

**¶ Marco Antonio Mauroceno:**

**¶** Iuppiter æquata qui corrigit omnia lance  
Foedere qui iusto fasq; piumq; colit: *Vrasmi*  
Non tamen irato semper tenet acer olympo  
Torquet & a summis tela cruenta polis:  
Comprimat hic sacra uestales æde puellas  
Atq; bonæ temerat sacra uerenda Deæ.  
Et molli cælebrat lasciuam ueste Corytto  
Nec tamen accenso fulmine raptus obit.  
Ille senem spoliat tumido qui ducitur angue  
Aegida gorgoneum: Pallados atq; rapit:  
Proditor alter agit patria uelut unda carina  
Turbida nec poenæ tristia damna luunt.  
Fulmine si caderet mortem quicumq; meretur *si quibus patreant hominibus 24.*  
Omnis in infernas orbis abiret aquas.

**¶ De Catella.**

**¶** Munera ni uitæ superarem: munere uitæ  
Gauderem: nimium sum Canis egregia.

**¶ Liber Quartus.**

**¶ In Marium.**

**¶ Ille putat sanctum qui rumpere foedus amicū  
Hic rumpit sancta foedus amicitia:  
Qui: cecus sequitur fraudes & crimina: credit  
Insidias: fraudes: crimina quemq; sequi:  
Non damnat iudex nisi crimina nota: uoluntas  
Quē mouet iniuste quod facit hoc nihil est.**

**¶ Eidem.**

**¶ Ne timeas saxū est nostrū q; fundat amorē  
Forma manet duro marmore picta diu:  
Viuet amicitia foedus: que firma columnis  
Est solidis: uento non domus alta cadit.**

**¶ Eidem:**

**¶ Casta tua est coniunx. Timeas ne furra pudici  
Pectoris: haud uiolant dulcia uerba fidem  
Ingenium ueneror saconda murmura linguae  
Et decus & mores: quos colit illa bonos  
Non ego sum leno: parasitus moechus adulter  
Non plato non hoc uult doctus aristoteles  
Ora manus. crines oculos nec pectora uidi  
Virtutes uidi coniugis ipse tuae.**

**De Catella.**

**¶ Latratu Terrent alia: nos ore silentis  
Hoc mirum est: illud non mouet ingenium:**

¶ Liber Quartus.

¶ Epitaphium Ferrádi regis Neapolitani

¶ Ferrandus uiuo clarus patre: nomine regis:  
Imperii læto clarus & auspicio:  
Vix patre deposito: rex: non rex: pellitur armis:  
Pulsus adest armis: castraq; sceua fugat:  
Victor obit: clarus fugiens: clarusq; triumphans  
Clarior inuictó funere: sed moriens:

¶ Ad Eundem.

¶ Sede salutatus regni: rex urbibus actus  
Ferrandus tumidis æquora surda petit.  
Pocit ad arma uiros: lectú trahit agmē in hostes:  
Serta coronatis laurea gestat equis:  
Sede fuit pulsus: gallos ut pellere posset:  
Sic uinci clara uincere laude fuit:

¶ Ad Eundem.

¶ A patre rex factus uiridi Ferrandus in æuo  
Hostibus & regni pellitur insidiis:  
Gallus ouans uictor sauit: redit ille superbos.  
Et Gallos uictó pellit ab Imperio:  
Rex factus regem se se uirtute creauit:  
Viribus hic rex est: qui capit Imperium.

¶ Ad Eundem.

¶ Maxima post magnus numerosi signa triūphi  
luit ad athereum romulis Imperium.

**¶ Liber Quartus:**

**Aeneas uictor Turni deus æthere sedit:**  
Matris & aspexit sydera clara suæ:  
**Ferrandus uictis petit deus athera Gallis:**  
Sic q̄beunt fortes magnanimiq; uiri.

**¶ Ad Eundem.**

**¶ Imperii claris Cæsar iam clarus habenis**  
In medio fossus decedit Imperio.  
**Ferrandus pulsus ad Rheni flumina Gallis:**  
Non aliquo fossus uulnere uictor obiit  
**Cæsaris exemplo uixit Rex: decedit atq;**  
Mortuus est fato candidiore tamen.

**¶ Ad Eundem.**

**¶ Ne post hac sortis sæui uel Turbine fati**  
Ferrandus: tumido pupis ut acta noto:  
**Sæpe procelloso fluctu quateretur: ad astra**  
Fortunæ fractis se tulit agminibus.

**¶ Ad Eundem.**

**¶ Quod fuit ante diē Ferrādus rege Creatus**  
Rex patre: diuinæ foedera sortis habet.  
**Sedaret populos Alonsus ut arma petentes**  
Huic quoniam regni sceptrâ beata dedit:  
**Sedauit populos Ferrandus moribus æquis**  
Bis fieri regem: taliter est fieri.

**¶ Ad eundem:**

**¶ Vixit Ferrandus Gallos ut pelleret urbes:**

**C** Liber Quartus.

Posset & ut patriæ ferre salutis opem:  
Perdomuit Gallos: patriam seruauit: ad astra  
Ne uinci posset se tulit ante diem.

**C** De Diana.

**C** Quod sine sit cunno: nec possit uota Diana  
Soluere: quæ sancti furta petunt thalamis:  
Exclamans querulus uocant hanc iniura maritus:  
Vxor adest: dictis carpit & hunc querulis  
Accusat: mordet: gelidum sine sanguine dicit  
Telaq; se iurat posse pati Veneris:  
Ducta uenit mulier uidet hanc: q̄ largus inundat  
Humor: & exardens perfluit Hippomanes.  
Antrū horrendū: ingens: uastū: sub ualle profunda:  
Cauta nates inter aspicit & femora:  
Conclamat: patulo magnum patet inguen hiatus  
Ad Venerem ueneris munera cunnus habet:  
Cui uir dixisti magnum patet inguen hiatus  
Non inguen: sed styx concaua: sed pelagus:  
Vici: non cunnus: uerum est immensa uorago:  
Sylla rapax: celeres quæ rapit atq; rates.  
Dicitur haud cunnus: cunnos q̄ continet omnes:  
Quæ cunnos: cunnum nō habet: ergo patres:  
Cui cautus iudex: uni tibi iuncta marito  
Iungatur multis Fœmina multa uiris.  
Vnius lex uult: una est qua fœmina parte  
Sit tua: qua plures pluribus hanc tribuas.



¶ Liber Quartus:

¶ De Landina.

¶ Cum noctu mecum foedus Landina feriret:  
Ut possem pathicas uix numerare uices:  
An Iouis optaret numerum: uel Pallados: illam  
Percunctor: magni nomine capta Iouis:  
Pallada neglexit: compressu moesta senilis:  
Quæ nimis optauit: perdidit illa satis:

¶ Ad Pyladem:

¶ Carmine qui dulci sensus de cautibus egi:  
Et potui uitam ducere de salebris:  
Carmine nunc dulci: sensus supponere cauti  
Et cogor uitam linquere sub salebris:  
Plus tua dicta ualent: quàm mors: & uita: rigescunt  
Quæ sine corde facis uiuere carminibus  
Ignea quæ uiuunt sine corde: rigescere: uitam  
Tu mihi das: mortem: tu mihi das Cithara

¶ Ad Eundem.

¶ Si talis socium Pylades celebrasset Orestem  
Non illum in rabiem fors rapuisset atrox.  
Non modulis citharæ bilem pressisset iniquam:  
Atque ruens animæ composuisset onus.  
Maxima nam medicæ uis est concentibus artis:  
Non credis: uatis dicta legas famii.

**¶ Liber Quartus.**

**¶ Ad Eundem.**

**¶** Hospes cur mecū loq̄ris? cur murmura pdis?  
In Zephyros abeūt: Saxū ego: nō homo sum:  
Non te decipiant oculi: cor: uiscera: fanguis:  
Viuerē quæ credis: diriguere mihi:  
**Quæ** causa est: Veneris nō cæca cupido: nec auri  
Non Iouis ira minax: impetus aut superum:  
Inuitam posset quis te reuocare? deus ne:  
Cui parent medici: Cynthia cui soror est?  
Nō opus est Phœbo: Pyladis grauis atq; disertū  
Carminibus uiuam: carmine qui rigui.

**¶ De Catella miro sculpta artificio**

**¶** Quid stas Anxie? quid uiator: hares?  
Ars me uincitur arte sub magistra:

**¶ Ad Bassanum.**

**¶** Plectra coronatus dum tāgere: cessat olympto  
Phœbus: ut Aonia carmina cantet humo  
Meonias doceat uersus ut condere musas  
Ne sine composito stet Iouis aula sono:  
Bassanum nobis rapuerunt numina: solus  
Noscit enim Phœbo digna tacente: loqui:

**¶ Ad Bassanum.**

**¶** Dignus erat quoniam superos habitare penates  
Bassanus: sacras & Iouis esse dapes:

¶ Liber Quartus.

Exiit humanae spoliū miserabile formæ.  
Iiit & ad summas tecta beata domos.  
Ardua quæ meruit celebrat uates loca terræ  
Regna decent homines: sydera cæsa deos.

¶ Epitaphium Regis Gallorum

¶ Gallorū iacet hic Rex: qui præstātibus armis  
Preponens Veneris crimina: furta iocos.  
Alphonſi Victor: non ui: non arte: sed astris:  
Arripuit turpem: turpior ipse fugam.  
Da tumulum tumulo: noscas quo quisq; uiator.  
Qui semel est natus: bis potuisse mori:

¶ Ad Bassanum.

¶ Ducere laurigeros cæso quid uate triumphos  
Substygæ tartaream mors truculenta paras?  
Ante diem fati: Bassanus uulnera Victor  
Est ultus gladii sanguinolenta tui:  
Nam tibi surripuit multos: quos perdere nulla  
Lege potes numerum respice. uicta cadis:

¶ Ad Eundem.

¶ Inclyta lætata est gemini bis Mantua iuæ  
Carmine Bassani: carmine Virgilio:  
¶ Inclyta tristata est gemini bis Mantua uatis:  
Funere Bassani: funere Virgilio:

¶ Liber Quartus

¶ Ad eundem.

¶ Ne natura suos mutaret sedula cursus  
Perderet & uires officiosa suas:  
Bassanum nobis letali uulnere parca  
Subripuit: nostros quæ regit una dies  
Ante darent: illi: ducunt: quæ longa sorores  
Et phœbus uitæ tempora perpetuæ.  
Plusq̃ semideus: quia iam fera spicula mortis  
Spernebat: uita est: uix potuisse mori:

¶ Ad Eundem.

¶ Bassatus bimarem quia solus adire corinthos:  
Et poterat sacras solus adire domos:  
Et totum docto claudebat pectore Phœbum.  
Quæq; nouem texunt laurea ferta deas:  
Vatibus ut multis heliconis regna paterent:  
Hunc immaturæ fata dedere neci.  
Hæc rogo non mors est: defunctum cedere uitæ.  
Pierias uates ne bibat unis aquas:

¶ Ad Eundem:

¶ Bassanus laudes: & nomina clara meretur:  
Nam uates nostro tempore clarus erat:  
Clarus erat: nostro uates nam tempore: quo uix  
Nonscuntur frondes Calliope tuæ:

¶ Liber Quartus.

Plectra cothurnati nicit: sic docta Maronis:  
Nam si nunc caneret lugera prata: greges:  
Tityron & loetas segetes: ac arma uirumq;  
Scripta uelut culicis diceret ore rudi:  
Desine mirari: nam multum tempora possunt.  
Rege sub augusto non cecinisse parum est.

¶ Ad Eundem.

Quid fles? quod uiridi: periit Bassanus in auro  
Hoc uerum est: tantum: tempora si numeres.  
Inspicias: sed si phoebo dictante sonoro  
Quæ cecenit plectro carmine Nestor erat:

¶ Ad Eundem.

¶ Mortuus est uates: poterat qui tēpore paruo  
Condere phœbea carmina docta lyra:  
Carmina quæ uiuent sparget dum lumina titan  
Dum mare nimboſis fluctibus astra petet.  
Hoc decus est ingens: hæc maxima gratia: uersus  
Victuros nulla condere posse mora.

¶ Ad Eundem.

¶ Iuppiter ut tandem posset mortalibus ægris  
Coelorum dulces significare sonos:  
Bassanum tribuit nobis: qui redderet illos  
Argutæ tangens fila canora lyra.

**¶ Liber Quartus.**

**Quos postq̄ satis est dulci modulatus arenas**  
**Transtulit ad superos regia tecta polos.**  
**Vt tandem acciperet uersus: quos dulciter ore**  
**Tam cecinit: phoebus q̄ cecinisse solet.**

**¶ De Quodam Senē.**

**¶ Discite Iustitiæ: quid uis: quid foedera possūt**  
**Sancta: quibus tantum crimina saeva placent**  
**Carnificis mactare uiros: quos more cruenti**  
**Et foedare pio sanguine tæla iuuat:**  
**Rusticus annosa grauis anxius atq; senecta**  
**Ibat ad urbani regia tecta soli:**  
**Qua Verona caput cælis leuat ardua muris:**  
**A laribus paruis exiguaq; domo:**  
**Forte gerens curuam qua bacchi munera falcem**  
**Agricolæ nimium luxuriola secant:**  
**Ecce uidet geminos torquentes ora latrones**  
**Comminus immiseri spicula dira senis**  
**Armatos inter iuuenes uir solus inermis:**  
**Debilis: exhausto corpore: quid faceret?**  
**Aeacidē priamus num uinceret: hecтора Nestorē**  
**Non decet exangues martius ensis auos:**  
**Nunc hunc nunc illum feriens: libycis uelut aruis**  
**Vngue ferius timidus ut leo dente feras.**  
**Et tandem rapiens illis quas strenuus hastas**  
**Gestabant: madidam sanguine fecit humum:**  
**Vulneribus fodiens amborum pectora crebris:**  
**Dum cecidit fato cæsus uterq; pari:**

**¶ Liber Quartus:**

Vis fuit hæc superum: uoluit sic Iuppiter ille  
Omnia qui iusto: corrigit Imperio:  
Deniq; clara scelus dirum: uirtus fugat: armis  
Qui cecidere senis. non cecidere senis.

**¶ Ad Lucam Bonfium**

**¶** Quam gaditano celebrat conuiuia luxus:  
Claudia uestales stet licet ante focos:  
Per fora: per uicos: per compita quæq; luuentus  
Quassat & ardentis imperiosa faces:  
Ludit harena: iocos prospectat: rostra: triumphis  
Et Bacchi: & Veneris porticus omnis agit:  
Induit os satyri miles: sub ueste subulci  
Luxuriat media consul equesq; uia  
Ad te tunc ueniam cithara comitatus eburna:  
Quæ uocat hetruscas ad sua uota deas.  
Vt ualeam tectus larua per tecta uagaris:  
Ludere sub parua thaidos atq; casa.  
Talia cur poscam quærit qui tempora: quærit  
Improba cur cæca noctua nocte uolat.

**¶ Ad Eundem.**

**¶** Euganei num. docta petam subsellia regni  
Qua fluit aonio pegasis unda lacu?  
Ardua qua linquens ephyraei saxa corinthi  
Phocydos & sacrum ducit Apollo chorum.

¶ Liber Quartus.

Per iuga qui soleo fauni salebroſa lycæi  
Rufticus agreſtem nec celebrare diem.  
Quid ſi palladiis paſtor meditetur Athenis  
Horridus in cultæ carmina dura palis?  
Ad uada Mæandri niueos imitatus Olores:  
Verſibus in comptis ſtridulus anſer agat.  
Diuiſit natura modos: loca: fœdera: gentes:  
Inter bellaces ſtant bene caſtra duces.  
Cecilius Plantos: doctos maro doctus homeros  
Rufticus hirtus tityrus inter oues:

¶ Ad Cæſarinum Cardinalem.

¶ Si Romam linquis: linquit ſe Roma: citato  
Et loca cuncta gradu quæ petis: ipſa petit:  
Æoliis tecum ſulcat freta concita uentis:  
Nec nimis iratis fluctibus acta timet.  
Tecum per ſalebras: per deuia iugera currit:  
Montiuagas agitans infidioſa feras.  
Ad Calabros tecum: pecoroſaq; regna phalantiæ  
Ad iuga Miſeni tyburis atq; uenit:  
Tecum ſtat: graditur: ridet: negat: annuit: eſſet  
Te ſine iam Cæſar te ſine Roma nihil:

¶ Ad Eundem:

¶ Roma coronatis iterum pete crinibus Aulam  
Saxa Palatini quæ tenet alta ſoli:  
Iulius alter adeſt Cœſar præſtantibus armis:



## ¶ Liber Quartus.

Qui capitolinas accumulabit opes:  
Et tibi te reddens duris scelerata cathenis  
Hostibus astringet colla manusq; suis:  
Indicat hoc ursus laqueis deuictus:eritq;  
Strenuus Imperii firma columna sui  
Hoc potes in solida dudum spectasse columna  
Sibila quæ madidi non timet illa noti:  
Princeps alta petet uolitans fastigia rerum:  
Ut pennis Aquilæ fortibus astra petunt:  
Cæsaries ducibus sunt hæc data munera: summū  
Totius capiant orbis ut Imperium.

## ¶ Epitaphium Malatestæ.

Quæ uixit læto: læto dum tempore uixit:  
Quæ cecidit tristi tempore quum cecidit  
Hic Cæsena iacet: miraris: cum patre iusto  
Se domus: urbs iusto cum duce se sepelita  
Dux pater: & iustus struxi: quas respicis Arces  
Pyramides. thermas: amphitheatra: domus:  
Nomē erat Malatesta mihi: me decidit hæc urbs  
Extincto: corpus nam sine corde cadit.

## ¶ Ad Heliam Capreolum:

Non fati legem posset rex ipse moueres  
Lucida qui gemina temperat astra manu: ~~bonis~~  
Nam fatum est quicquid uult Iuppiter: appetit: optat:  
Quod uult æternis legibus est stabile:

**¶ Liber Quartus.**

**Nō tamē hoc propter laqueis humana uolūtas**

**Claudatur: angustis stringitur & spaciis.**

**Mortale est quicquid latitat mortalibus agris,**

**Sydereum quicquid syderibus latitat.**

**¶ Ad Caufidicum.**

**¶ Quod formica cauat fuluū sub rupibus aurū**

**Hic ubi culta lauant iugera gangis aqua:**

**Fodit & astur: agit nitidos qua diues in agros**

**Ebrus: & hesperio qui fluit amne tagus:**

**Tradere cum nobis possis sermone disertō.**

**Murmure terrisono cum fora rauca strepunt.**

**Quid cessas: dices labor est: sed deme laborem:**

**Officiū sancti nil habet officii.**

**¶ Ad Eundem.**

**¶ Tempore si phyræ cecinisses: saxa fuisset**

**Non opus auersos mittere post humeros:**

**Nec genus humanum tanto reparare labores:**

**Vno fecisses uiuere saxa sono:**

**¶ Ad Eundem.**

**¶ Sic cantas Pylades fauente musa**

**Excusum: graue: floridum: uenustum**

**Compactum: lepidum: breue: & sonorum**

**Carmen: quo tibi se fauere musa**

¶ Liber Quartus.

Credat: uel tibi se fauere phoebus  
Et de se dubitet sit an sit alter  
Vates: cui faueas Apollo uates:  
Nam se: te tacito: uidet tacentem:  
Et iurat quod es esse: cum carnanis  
Dictat: se sibi nec magis placere  
Quam cum se tibi sit placere: tecum  
Tunc cum stat: manet: & manere secum:  
Dicit se Pyladem: uocat poetam  
Te phoebum: meditatur ergo uersus  
Phoebus cum Pylades canit sonoros  
Cum Phoebus Pylades canit sub uno  
Viuit corpore nanq; uterq; solus.

¶ Epitaphium Fabri ferrari.

¶ Discessit Brontes: sicula quatit ara sub aetna  
Non homo: Plutonis sed faber horribilis:  
Contudit ut Mantus ciues crudeliter ipse.  
Crudeles inter tunditur eumenidas.  
Inferni manes cruciantur: manibus ordo est.  
Carnificem lacerat dextra carnificis:

¶ Ad Octimum Capreolum:

¶ Tartareas quisquis manes: animasq; uolantes:  
Optat & inferni membra uidere canis:  
Octimum uideat: nã cum furor improbus illũ  
Urget & in rabiem turbida bilis agit:

## ¶ Liber Quartus.

Vt fera tiliphone tumidis cristata colubris  
Aestuat: & sparsis crinibus ora quatit.  
Ex oculis torquens oculos ex pectore pectus  
Ex facie geminas concutiens facies:  
Induit harpyas mox cerberon atq; Chimeram.  
Corpore multiplici guttura trina mouet.  
Fit Leo marmaricus: tigris gangetica: serpens  
Cyniphius: stridet: sibilat: atq; fremit.  
Intortis graditur pedibus: tremit anxius: ardens.  
Vt spectans dicas ossibus iste caret:  
Hæc peragens totus sic se priuatur: ut ipse  
Quod moueat corpus: nesciat esse suum:  
Immo suum non sit: nam nusq; permanet ille:  
Felix qui tali callidus arte ualet:  
Hoc magnū est: similes imitatio reddere formas  
Ostimanus formas non imitatur: agit:

## ¶ In Horestem.

¶ Illorum numero scribi dum quæris horestes:  
Publica qui subitis acta notant manibus.  
Hos prece sollicitas: nummos das sedulus illis:  
Nec prece: nec pretio: quod petis: assequeris:  
Vxorem ducis: cuius sub nomine: credis  
Inter palladios posse sedere uiros.  
Quod non affines possunt: non munera: sanguis  
Non uirtus: cunnum posse: putas tenerum?  
Impius es nimium: sub paruo claudere cunno

¶ Liber Quartus.

Iura: forum: totam deniq; uis patriam:  
An miser ignoras: cunnum non corda mouere?  
Non hominum mentes: inguina ni moueat:

¶ Ad Pyladem.

¶ Cum uersus epigrammatis poetæ  
Vnius celebrare me diserti  
Dixissem Pyladis: lacu Medusæ  
Pinnato uolitans gradu Thalia.  
Accusat: lacerat: uocat: proteruum.  
Me me uocibus intonans fragosis:  
An uersus epigrammatis poetæ  
Vnius celebrare te diserti.  
Dicis perfide: non pudet Poetam  
Vnum te Pyladem meum uocare?  
Vnum non epigramma misit: unum  
Quod credis uarios tenet libellos.  
Est opus ingens: aureum: rotundum.  
Argutum: breue: tinulum: canorum:  
Hic hic arma uirum sonat: sonore  
Sapphus: spicula cynthia: Corinnæ.  
Lasciui & lepidi sales Catulli.  
Latī candiduli iocos Tibulli:  
Hic Mauors furit: hic Venus iocatur.  
Declamat Iouis illa nata magni  
Nouit sydera quæ patrisq; mentem:  
Est uersus: tenuis: grauis: modestus:  
Delectat: tenet: adiuuat: capitq;

¶ Liber Quartus.

Est multus Pylades meus poeta  
Facundus: uarius: canorus: immo  
Sunt multi Pylades mei poetae  
Quid strides miser? ah miser rigebis  
Nam scribis miser omnibus poetis.

¶ Ad Nicolaum uignatum.

¶ Non ueniam iudex si poscis: non ego lites  
Oblero: rauci saeva nec arma fori:  
Non reus horrendi timeo licitoris acuta  
Per tenebras fugiens spicula: non laqueos:  
An te tantus honor calsum super aethera ducit:  
Quod te censoris sede sedere licet?  
Hoc satis est: fateor: dare: dicere: scribere: leges  
Hoc satis est: fateor: sed satis est populo.  
Non petit haec phoebus: si poscis amicus amicum  
Tunc ueniam chara ductus amicitia  
Si iudex: fugiam: uignatum diligo: non hunc  
Qui nouus est in te: quos amo: non ueneror.

¶ In littorēq; Troianū noctu uagātem gladio  
percussit.

¶ Troiani longo fodisti perfide telo  
Quod caput exultas litor: & arma quatis:  
Te magis: & socios laceraſti: uulnera magna  
Sunt tua: Traianus non graue uulnus habet.  
Sum sanus: dices: dic ſancius: est ubi uulnus  
Tam magnum: paruo uulnere ſub latitat.

**¶ Liber Quartus:**

**Percusso leuiter Traiani uertice: uertex:**  
**Percussus: demens est tuus & grauiter!**  
**Mortuus illius uita es: mors est tua longa:**  
**Et fera: nam uiuus stas miser atq; cadis.**

**¶ In Eundem.**

**¶ Licetor ais poscam Veronæ limina: quid tum?**  
**Illic Traiano præside mars colitur.**  
**Ad maris Adriaci fugiemus littora: quid tum?**  
**Strenuus Adriaci fulminat urbe maris.**  
**Caucasei montis scandam iuga deuia: quid tum?**  
**Ferrea caucaseis rupibus arma quatit.**  
**Est Traianus arabs: Parthus: Niloticus: Indus:**  
**Omnibus his regnis licetor ages animam.**

**¶ Marco Sanuto.**

**¶ Egrotat Prætor nituntur stamina parcas**  
**Rumpere: quæ uitæ tempora certa notant:**  
**Debile uult corpus: uult; coelum: Iuppitet optat:**  
**Persephone crinem uellere purpureum:**  
**Vult mors: sed nescit sæuos quo dirigat ictus:**  
**Et sæuo partem uulnere quam feriat:**  
**Vix deus est totus: nam quod mortale sub ipso**  
**Clauditur: angusto limine sub latitat**  
**Adde q; hæc uirtus tegit ægide candida: nunq̃**  
**Ergo cadet: nunq̃? fata regunt homines:**  
**Non cedit fatis: non cedit: cedit amore.**  
**Alterius uitæ candidiore sibi:**  
**Cum se destituet nolens plus uiuere: solus**  
**Semideus plus se: se minus atque potest.**

¶ Liber Quartus.

¶ Ad Lucam Pastum.

¶ Quid fles? heu iacet hic Lucas quia pastus: unus

Eloquio doctus: Carmine: iure sacro:  
Falleris impositi signum est hic funeris: illi  
Magnifica est tumulus: Magnificus patria:  
Nō tumulus domus est: populi nā pectore uiuit  
Quid fles uiuenti nō dare fas lachrymas.

¶ Amicā egregie pictam alloquitur.

¶ Quisq; tam uera te pinxit imagine formæ:

Qui te mentoria uiuere fecit ope:  
Ingenio non ille suo non arte magistra:  
Hoc tam diuinum fingere nouit opus:  
Sed didicit spectans tua lumina: qualiter alta  
Iuppiter æthereos pingat in arce deos:  
Hinc uultum fecit tibi talis imaginis: ut sit  
Pictus uterq; tuus: uiuus uterq; tuus.

¶ Aegre fert Italia: princeps i Italiã sæuit.

¶ Bella parant latii reges: serus ardua linquit

Mars iuga Centimani tincta cruore gygis:  
Colla iubasq; mouet Venetus leo: sibilat águis:  
Dentibus inuictis serra cruenta secat:  
Hetrusci flores & pingua iugera campi.  
Spargit sanguineis frigidus armis aquis:  
Pro mitra galeam: geminis pro clauibus enses.



¶ Liber Quartus.

Romulea collitur qui deus arce capit.  
Perdet flaua ceres:perdet sua munera Bacchus  
Rostra domus Cirmi templa theatra cadent:  
Regna cadēt latii:nam quū domus una uel una  
Urbs in se pugnant:est opus ut pereant.  
Itala gens una est:una urbs:sunt moenia montes  
Alpini:se met perdere non labor est.

¶ Ad maximum de Vespini Grammatica.

¶ Inlyte Grammaticos quaris si maxime claros:  
Ut uideas clarae dogmata Grammatica:  
Perlege Vespini Carthas:Laurentius hic est:  
Hic sunt Donatus Seruius atq; Caper:  
Est breuis:est longus:leiuus:si oridus:asper:  
Candidus:exornat:Cogit:& auget opus:  
Quodq; magis mirū est pueri sub corpore bruti  
Compri mit immensi Corpora uasta gygis:  
Quod uerbum est unū:non unū dicere fas est  
Vno sub uerbo plurima uerba leges:  
Grammatica dedit hic uitam:nā corpus ad unū  
Membra legens quisquis disotiata refert  
Ordine:lege:modo:sensu:ratione figura  
Grammaticam generans suggerit hic animam.

¶ De morte Antonii Vici.

¶ Non equus Antoni Saxua te morte peremit  
Vice:licet Corpus praesserit ille tuum.  
Frena trahens mortis sed tu tibi causa fuisti:

¶ Liber Quartus.

Nec poteras fato candidiore mori:  
Crimen erat quoniam caderes ut casus ab hoste  
Vel se uel miles strenuus hoste cadit.

¶ Eiusdem.

¶ Se gladio fodit brutus: cato fodit & ille:  
Quem timuit Caesar: quem coluere patres:  
Pressus equo: te met pressisti: gloria par est:  
Sic obeunt fortes magnanimiq; uiri:

¶ Ad Stephanum sculptorem.

¶ Cur petitis ciues fuluo precioso uasa Metallo  
Ut capiat fuluus lumina uestra color:  
Quaritis & factas libycis ex dentibus arcas  
An tantum uestris alba placent oculis.  
Quarite quæ mētē moueāt: quæ pectora splēdor  
Est ueluti fumus quem grauis aura ferit:  
Aurea si uultis quæ non sunt aurea uasa  
Hæc Stephani uobis ars dabit eximii:  
Hic facit ex ligno uultus: quos uiuere credit  
Ipse: licet uideat: tangat & ipse licet:  
Nuper equum geminas quatientem sculpserrat alas  
Quem quum uidisset concute phœbus ait  
Concute Tellurem: nascatur ut unda Camœnis:  
Erras phœbe pater ligneus hic equus est:  
Auratas ebrum spargentem sculpserrat undas.

¶ Liber Quartus:

Quem cum uidisset crassus avarus ait  
Hic aurum capiens Luculli munera uincam  
Falleris haud aurum flumina picta gerunt.  
Hæc emat:hæc cupiat:Verum qui postulat aurum  
Quod facit ars:aurum se precio superat.

¶ Ad Cupidinem:

¶ Aurea cur gestas & ferrea tela cupido?  
Hæc odium generant:his generatur amor:  
Si generas odium:cur iam tibi nomen amoris  
Immeritum ueteres imposuere patres?  
Non sine consilio:nam qui me spernit:amorem  
Non amat:hinc odium quod petit illud habet:  
Non odium facio:facit hic qui scœuus amorem  
Odit:agit manibus hæc sibi damna suis.

¶ Ioanni Matheo Auoldo.

¶ Qui puerum ficto celebraui nomine Lygdum  
Non pathico:lygdi captus amore fui.  
Odi lænonum cunas & ab ubere raptos  
Concubitus:mihî lex iulia sola placet.  
Damnaui semper Venerem quæ perdere semen  
Et genus humanum perniciofa facit  
» Sed quia sæpe suo morsu delectat acetum.  
» Et pungens gratas sal facit esse:dapes.  
Ne tantum fatuas gererent mea prandia betas:  
Dulcibus & tantum liba peruncta fauis.

**¶ Liber Quartus.**

Lasciuos scripsi uersus: cantauit Alexin

Virgilius: puerum uir quoq; polla tuus.

Non uerbis animum solis uir indicat æquus.

Intima sæpe tacent corda quod ora sonant. *ell*

**¶ Zachariæ Veritati.**

**¶** Formosum rapiat timeo ne numina Lygdū

Vt mars ut summo qui tonat axe deus:

Amphitroniades ueniet si fortis & acer

Seruet hylam custos seruet & oebalidem:

Ludentis boreas discum ne torqueat huius

In caput: & campos mittat ad elysios.

Aemula quisquis amat formidat spicula: duro

Sed puer igne cremat quum timet illa magis.

**¶ In Lygdum.**

**¶** Lygde qui forma superas cynedum

Nobilem: pulchrum: tenerum: proteruum.

Qui sacro præbet manibus tonanti.

Nectar eburnis.

Lygde qui uincis nitidis ocellis

Qui miser disco cecidit cruento;

Quem ferox syluis aper in iugosis

Dente peremit.

Lygde cui cedit puer unus ille

Ille qui molli potuit capistro

Ora per campos iuga per fugatis:

Flectere cerui.

¶ Liber Quartus.

Lygde quem natus ueneris phatetra  
Donat aurata niueisq; plumis  
Vinculis:flamma:laqueis:flagello:  
Coteq; saua:

Tigris hyrcanis generata syluis  
Sæua sit quamuis furibūda tristis  
Masculum quærit tamē & petenti  
Iungitur illi.

Vrsa riphœis generata syluis  
Sæua sit quæis furibunda tristis  
Masculum quærit tamen & petēti  
Iungitur illi.

Non suum spernit sed amat leonem  
Torua sub campis libycis leana  
Nō suū spernit sed amat colubrū  
Vipera longum:

Durior dura poteris leana  
Tristior tristi poteris colubro  
Sæuior sæua poteris uideri  
Tigride:& Vrsa:

Non deus uult hoc facilis serenos  
Qui dedit uultus:tibi q; capillos  
Aemulos phœbi radiis: Cynædū  
Forma iubet te.

¶ De lygdo.

¶ Extinctum iam me laceras cur lygde cruento  
Vulnere cur sæuis ignibus uris atrox?

**¶ Liber Quartus**

An postq̄ mea corda: tuis sunt uincta cathenis

Et melior quæ pars corpora nostra mouet.

Vis religare nouis laqueis: ursumq; lupumq;

Venator satis est si capit arte semel.

Quæ iam decepta est uolucrè nō decipit aucep̄s

Dona nec ut capiat quæ tenet illa capit:

Non mouet in liquidis piscator fontibus hamū

Quos habet ut pisces ad sua uota trahat.

Sit pudor ab tadē post funera postq; sepulchrū

Parce puer cineres sollicitare meos.

Me uiuum dices: fateor me uiuere: sed non

Vt ualeam fato plus cecidisse tuo.

**¶ In Petrum Bargnanum.**

**¶** Lex iubet intōsos te linquere Petre ministrōs

Quos facit esse tibi iam noua nupta uiros.

Ecce faces tremulæ lucent: & flammea sponsæ

Ora tegunt: sacros fert puer ecce lacus.

Sparge nuces: Hymenæus adest: es Petre: maritus

Quid cessas? putris sparge marite nuces

Limine non presso thalamos Aurelia castos

Intrat: io Zonam soluite uirgineam

Soluite io matres: & sæuæ tela Dianæ

Linquite: nōs Veneris dulcia: furta mouent.

Iam grauis es: iā uir: gratum est mihi: gratius esset

Si fieret dominus uir quoq; Lygde tuus.

*Quæ iam decepta est uolucrè nō decipit aucep̄s  
Dona nec ut capiat quæ tenet illa capit  
Non mouet in liquidis piscator fontibus hamū  
Quos habet ut pisces ad sua uota trahat*

¶ Liber Quartus

¶ Eidem.

¶ Si puerum latis uellet me summere fatis  
Qui regit imperio sydera cuncta suo: *quis*  
Non ego sydereæ præstat qui pocula mensa  
Pocula diuino nectare plena Iouis:  
Purpureus mediis non qui flos nascitur aruis  
Qui periit formæ captus amore suæ:  
Non quem sæuus aper crudeli sorte peremit  
Venantem Paphyæ uulnera sæua deæ  
Sed peterem Lygdum: Lygdus mea uita: meū cor  
Lux mea: qui facie uulnera mille gerit.  
Hunc quod præponam cunctis mirabile forsan.  
Pulchrior est cunctis qui mihi Petre placet.

¶ Ad Lygdum.

¶ Nō uideas speculo: liquidis nō lygde sub ūdis  
Te moneo: quoniam pulcher es ipse nimis.  
Te capiet tua forma: tuo miserabilis ore  
Ipse cades: inopem copia te faciet.  
Deniq; te pictos ornabunt flore capillos  
Naiades: et fertis limina sacra tuis  
Tunc ego quum dulces risus: quum cogerer ora  
Cogerer: & uitam linquere lygde meam.  
Inspicias ne te moneo: nam mors tua multos  
Duceret ad uitæ fata suprema suæ:  
Quamuis si mortem mors posset uincere: nunq̄  
Te fera tartarei cerneret aula Iouis.

¶ Liber Quartus.

¶ Ad lygdum.

¶ Formosum forsan credis te: lumine clarum  
Quod superas Phoebum: sydereosq; polos:  
Quod tibi sunt oculi Veneris:qbus ora nitebāt  
Quum uicit Phrygio iudice pulchra deas:  
Quod niue candidior Getica quā turbine sauo  
Non tetigit boreas est tua lygde manus:  
Quodq; tuis aurum scis cedere crinibus: atq;  
Scis tua pestanas uincere labra rosas:  
Hunc propter nullus uultum formosus habetur:  
Splendidus ut placeant non facit ora color:  
Sed facilis risus: sed amor: sed blanda uoluptas:  
Sed pietas multis delitiosa iocis:  
Tradere sed precibus munus puerile petentis  
Candidus oebalides hoc tibi phoebe placet.  
Si puer lliacus crudelis & improbus esset  
Non daret athereo pocula grata Ioui.  
In puero nihil est quod pulchrius esse probetur  
Quam puer existens: ut uelit esse puer.

¶ Ioanni Lagarino.

¶ Ad sua non tauro summum rapuisse tonantē  
Alite uel lygdum credimus astra meum:  
Nam posito uarias tantum non numine formas  
Gessit ob aligeri tela facesq; dei  
Sed daret ut populo terris: ut ciuibus urbes  
Posset: & Imperium nobilitare suum:  
Cadmus Agenorea: sequitur dum furta puella



¶ Liber Quartus.

Fecit ab inuento moenia dicta boue  
Perdere dum phrygios raptō furibūda ministro  
Iuno cupit: latii uenit ad arua soli  
Aeneas: geminiq; deum de sanguine fratres  
Struxerunt domini regia tecta Numæ.  
Herculis ut caderent manibus fera mōstra cruētis  
Taurus: aper: serpens: Cerberus: hydra: Leo:  
Raptus Hylas uitreis olim sub fontis amoeni  
Nereidum manibus cæcula tecta fuit.  
Semiuirum fecit puerum Berecynthia mater  
Tinnula quo maior tangeret æra chorus  
Sic fuit & rebus superum quæcunq; uoluptas  
Vtilis humanis utilis atq; sacris  
Si raperent Lygdum fierēt nec templa: nec urbes  
Non igitur Lygdum dii rapuere meum.

¶ Iacobo Guariento.

Oebalides: cyparissus: hylas: diadumenus: Athys  
Phryx puer & picto parthenopeus equo.  
Cuius & in gremio posuit miserabilis ora  
Quum stygiæ uates iret ad antra domus  
Et Veneris natus precibus qui foemina qui uir  
Salmacis est mediæ flumine factus aquæ  
Si Lygdi cædunt oculis flauisq; capillis  
Splendet & in summo pulchrius orbe nihil  
Cur tam sydereos hortaris linguere uultus  
Me puer: & pueris tam fera bella paras  
Non decet an me qđ decuit te Romule quondā  
Te nero: te Cæsar: te quoq; sancte Numa  
Nunquid ero t eneræ uiridi sub flore iuuentæ

**¶ Liber Quartus:**

Sanctior & phœbo sanctior atq; Ioue:  
Non errat quisquis sequitur uestigia diuum:  
Quod faciunt superi non scelus esse potest.

**¶ Lygdo.**

**¶** Cur rigidos acer uultus? cur lumina torua  
Induis? & semper tristia uerba sonas.  
Cur nunq̄ flauos componis Lygde capillos  
Nec tenero speculum consulis ore tuum.  
Alea cur nucibus delectat iniqua relictis  
Te puer: & celeris cur fugis æra rota:  
Tæq; uiros inter uideo cur semper inertes.  
Quos merito possit dicere Nestor au os.  
Ut te Lygde uirum credam fortemq; ferumq;  
Vis priamum demens Astyanacta putem.  
Ostendas curios facie licet atq; Camillos:  
Cum tua sit facies: & tener: & puer es.

**¶ Zachariæ ueritati de lygdo!**

**¶** Quem rosa quæ biferis pesti generatur in ortis  
Quemq; gerunt: zephyro flante ligustra color:  
Quem tepidi lato nili flos tempore ueris  
Et sua dilexit qui nimis ora puer.  
Quemq; bibit tyrium uestis quæ saepe liquorem  
Quem ruber æoo gange lapillus habet:  
Quem matutini nascentia lumina solis  
Quem Veneris facies: quem Iouis astra micant  
Est Lygdi nitidis oculis facieq; serena  
Hunc cupias puerum non tibi talis erit:

## ¶ Liber Quartus

¶ Consulit Fauentia ut sub auspicio Marci uiuat.

¶ Scande triumphales aurata fauentia currus.

Nam tibi Mars uictor laureaserta parat:

Ad capitolini duces iam moenia regni

Cæssa coronato splendida signa duce:

Oppida iam reddent populi tibi raptaproterui

Frigidus hetruscis quos rigat Arnus aquis.

Imperio postq̄ Veneti tua sceptradicasti

Principis & regis iura fidemq; tui

Cuius bella timet septemflus horrida nilus

Quiq; bibunt rhodani flumina: quiq; tagi:

Qui non fraude dolos textit: non arte maligna

Fingit: & immodicas quærit auarus: opes.

Sed pius: & clamens prodest: dat: consulit: auget.

Aedificat: patriæ rexq; paterq; suæ.

Sic uinces sequeris Marci quia castra potentis

Quæq; mouet Marcus: Iuppiter arma mouet:

### ¶ Ad Piladem.

¶ Viuus eram: saxum si uiuit: dulcia uersus

Cantasti docte fila mouens Citharæ:

Duriciem posui: mutauit pondera: mollem

Saxosis duxi cautibus ex: animam:

Viuereme fateor: uitam te dante beatam

Pygmalion fecit quod prece tu cithara.

### ¶ De Catella.

¶ Quid stas anxie quid uiator hares.

Ars me uincitur arte sub magistra:

**¶ Liber Quartus.**

**¶ Eidem:**

**¶** Quis grauiter loquitur: facondus Onophrius: artem  
Compositam magni nam Ciceronis habes  
Iura fouet patriæ: quis candida candidus: ille  
Augustus ueluti nam pater est patriæ:  
**¶** Quis non mentitur: quis uerum dicit apertes  
Hic quoniam ueri pectora fert hominis:  
Munera poscenti quis maxima suggerit: idem  
Maximus est quia uir spernit auaritiam:  
Dat solus: prodest: largitur: seruat: amatq;  
Solutus habet sub se quicquid habet patriæ:  
Est unus multus merito qui dicitur: hæc nam  
Munera qui capit: est: non homo sed populus.

**¶ Alloquitur Brixiam:**

**¶** Hæc urbs non noscit Venerem sub uirgine: noscit  
Pallada: uicina est: & Iouis Imperio  
Immo Iouis numen claudit: si diuidis illam  
Hic ubi litterulis littera stat geminis:  
**¶** Quid moror: ad numerū te uertas: parte beatam  
Inuenies omni: Palde: sole: Ioue.

**¶ De Catella.**

**¶** Si mihi das aninam: moriar: si nō mihi uiuam:  
Quæ per se uita est: dissipat hanc anima.

¶ Liber Quartus.

¶ Ad Pisas.

¶ Vincetis Pisæ sacro celebranda senatu  
Maestas uestro foedere iura dabit.

Vincetis: magnæ: linquens nam moenia Romæ  
Agmina magnanimus scipio dura trahit.

Qui ruet excelsas tuscæ carthaginis arces.  
Sub iuga fallaces coget & ire uiros.

Quod dixi Romæ: falsum me forte putabis  
In uos cum moueat bella cruenta pater.

Non fallor Venetis tollit se Roma sub oris.  
Non faciunt urbem moenia: sed populi.

¶ Ad uiros militiam & amorem sequentes.

¶ Cur uos sydereum super æthera tollitis: arma  
Qui fertis geryci sanguinolenta dei.

An quoniam flexo torquetis spicula cornu?  
An quia bellaces perditis ense uiros.

Et duris duras tormentis rumpitis arces.  
Fertis: & arctoi frigora tarda poli?

Feruentes æstus: & qua gangetica tellus.  
Æstuat: ardentes sentit: & una faces.

Hoc nihil est: Veneris sequitur qui castra potentis  
Dicitur hic merito strenuus atque potens.

Nam nil scuta ualent: nil ferrea cassis: amoris.  
Spicula magnanimi: spicula quæq; domant.

Sub nostro princeps cecidit Mars strenuus: illum  
Decepit mira læmnius arte faber.

¶ Verus amor dux est: solus nomenq; decusq;  
Qui uincit solus miles amoris habet:

**¶ Liber Quintus.**

**¶ Magnifico Victori Martinengo Villæ clare domino.**

**¶ Incipit liber quintus.**

Aximus es paruo Victor quia corpore magnas

Corde potens uires claudis & exiguo.

Quæ colo: quæ ueneror: tibi disticha nrâ dicaui:

Vt tu: quæ paruo corpore se capiunt:

Sparsa cadit: fortis. uis est collecta: lapillis

Maxima sub paruis munera sæpe latent.

**¶ Tellus.**

**¶ Lenta quies quamuis sit mors: tamen oë gescēs**

Vite munus ago: scis quia stans moueor.

**¶ Aqua.**

**¶ Gignit ager: uiret herba: nitent me sydera: uiuūt**

Mortales: dicas me sine cuncta: nihil.

**¶ Aer.**

**¶ Iunonis sedes ego sum: do murmura uentis:**

Oceano uires: me duce sunt anima.

**¶ Ignis.**

**¶ Corda calent hominū: genius: Sol: Iuppiter: ipse**

Sol sum: mortales: Iuppiter: & genius.

**¶ Luna.**

**¶ Terra: astris: erebo: Proserpina: Luna: Diana:**

Dicta uocor: Triuiam nomina Trina decent.

¶ Liber Quintus:

¶ Mercurius.

Cum: loue sum placidus: sauus cū Marte: feroxq;  
Non bonus atq; malus sum bonus atq; malus.

¶ Venus.

Martis te la: louis rumpo tria fulmina: terras.  
Neptunum: coelos: hermaphroditus alo.

¶ Sol.

Lumina do coelo: uitam mortalibus: ignis  
Sum terræ: & coeli: cor louis: atq; oculus:

¶ Iuppiter.

Nomina nostra legens: disces quæ munera uitæ  
Dem uobis: nam uos qui luuat: hic pater est.

¶ Mars.

Spicula me fodiunt: ferit ensis & hasta: locantur  
Castra: gregis bello gens sine more iacet.

¶ Saturnus.

Falx: angues: senium: mores: alimenta: diesq;  
Monstrant: & socuum me uocat astrologus.

¶ Octaua Sphæra.

Tarda licet mouear. uirtutem respice: cursus  
Accelero: moles tam grauis ista uolat.

¶ Liber Quintus.

¶ Primum mobile.

Nitantur quamuis cœlos traho: nomine primum.  
Numine uel: motus est mihi perpetuus.

¶ Deus summus: & optimus.

Vasto cuncta sinu claudo: mihi sufficit uni  
Mens mea: non extra me uagor: aut uideo.

¶ Idem.

Si sibi formabis caudam qui mordeat anguem  
Qui bene pictus ero: non bene pictus ero.

¶ Idem.

Si quis sim quæris: breuiter mea nomina dicam.  
Sis memor: ingenii discute munus: ama.

¶ Idem.

Sum genitor: generans: sum nascens: filius: idem  
Procedens dicor nomine sanctus amor.

¶ Idem.

Tres sumus adiuncti: se iuncti tres sumus: unū est  
Quod substat: tres sunt: quos sua uita refert.

¶ Idem.

Quod Plato non nouit: trino sub nomine solus  
Sum deus: hoc demens ridet Aristoteles.



¶ Liber Quintus.

¶ Idem.

¶ Noscere forte putas: si me: te decipis: astra  
Quum tanges clare noscere nec poteris.

¶ Arius.

Quum caput extollo zephyri fiat dulciter: herba  
Non silet: horrendum flet philomena nefas.

¶ Taurus:

¶ Europam uexi roseam quia tergo: pictis  
Cingo rosis crines: me colit atq; Venus.

¶ Castor.

¶ Sum frater: frater iunctus mihi creditur unus:  
Est unus: nostrum claudit uterq; duos.

¶ Polux.

Vnus amor: mēs una simul duo pectora seruant  
Qui dubitat: fratrem non amat ille suum.

¶ Cancer.

¶ Flumine uiuebam: uiuo nunc a there: longus  
Cuncta potest usus: Cynthia me docuit.

¶ Idem.

¶ Qui magis est gelidus glacie: si amīs magis ardet  
Rebus in extremis maxima uis latitat.

☾ Liber Quintus.

☾ Leo.

Commoda dána ferunt & maxima:morte cruētā  
Deposui pellem:morte collo superos.

☾ Virgo.

Erigone:fortuna:Ceres:uel filia Phœbi.  
Nūcupor:hæc capitis nomina dant Tenebræ:

☾ Libra:

Noctibus æquo dies:stant dulcia tempora mecū  
Non canis urit agros:non fera sæuit hyems.

☾ Scorpis:

Errauit quoniam:cecidit uenator orion:  
Si non errasset:maximus error erat.

☾ Sagittarius.

Signat equus cursum:satyus modulamina musæ:  
Spicula.cor:coelum:tot meruere bona.

☾ Capricornus:

Delectat noua forma Iouem:pars ultima piscis:  
Prima caper:frigens inuenit ista timor:

☾ Aquarius.

Errant qui dicunt me cecropa:sum puer:axes  
Raptus ad æthereos:ecce Iouis patera.

¶ Libet Quintus:

¶ Piscis.

Sub nobis Venus est: quãuis sit seruida: frigus  
Vrit: & in medio frigore flamma latet.

¶ Idem.

Ad me declinat quã sol: tunc frigidus humor  
Soluatur: hinc coeli limina piscis habet.

¶ Vrsa maior.

Me fera uis rapuit: pietas mutauit in ursam:  
Me fugit oceanus: forma mihi nocuit.

¶ Vrsa minor.

Non mirum est summo nutrix si fulget in axe  
Illius: summo qui regit axe deos.

¶ Serpens.

Aurea seruari fidus quia mala puellis.  
Membra sub auratis nostra micant radiis.

¶ Arctophylax.

Vrsa tarda sequens uestigia: nomina sumpsi  
Arctum qui seruat dicitur Arctophylax.

¶ Corona.

Munus amoris habet: uerum qui seruat amorem  
Hoc ego syderibus cincta corona mico.

¶ Liber Quintus.

¶ Engonasis.

Mactat auaritiā virtus quia strenua: magno  
Hesperidum custos Herculae sub cecidi.

¶ Lyra.

Cerberon: eumenidas: scyllam: triplicemq; chimerā  
Placui: sydus nobile sum merito.

¶ Olor.

Candida cygneis recubauit læda sub alis.  
Delectant Veneris dulcia furta Iouem:

¶ Cepheus.

Astra colo: dedit hoc tumidi mihi bellua ponti:  
Aspice me nitidum: fors mala læta fuit.

¶ Cassiopeia.

Obliquo licet ore tamen torquemur ab axe  
Sydere o: facies non nocet: atq; nocet.

¶ Perseus.

Non genus: aut sanguis: sed me sup aethera virtus  
Sustulit: hæc homines: hæc facit esse deos.

¶ Auriga.

Aut umedon dicor coeli: ne respice Cruras:  
Munera si nescis: pallados anguis eram.

¶ Liber Quintus.

¶ Capra.

Lac bibit ille meum: nuta qui temperat orbem:  
Quisq; potest matrem dicere me superum.

¶ Heniochus:

Ars nocet: ars prodest: amisi fulmine uitam  
Hac: petii radios hac ego sydereos.

¶ Sagitta

Per me caucasea uinctus sub rupe Prometheus  
Se potuit caesa soluere liber aue.

¶ Aquila.

Si regi superum uolucrum regina decorum  
Iussa tuli puerum: sydera num merui?

¶ Delphin:

Quē nō dulce mouet carmē: si carmine delphin  
Vexit arioniam per freta caeca lyram?

¶ Pegasus.

Musa canit: citharæ resonant: immurmurat unda  
Si per me: nescis cur mea membra nitent?

¶ Deltoton.

Scribimus ægyptum siculas tibi scribimus oras.  
Phryxeum poteris me celebrare ducem.

¶ Liber Quintus.

¶ Cetus.

Dentibus Andromedam uolui lacerare: medusæ  
Aspectu rigui: me mea damna iuuant:

¶ Eridannus.

Qui caput abscondo sum nilus: cerne canopum  
A multis dictus sum licet oceanus.

¶ Lepus.

Quid cupiat nescit mundus: dilectus: amatus  
Qui fueram: iaculis pulsus ad astra fui.

¶ Orion.

Inuidiæ flammis dum perdere terra putauit:  
Aeternum reddens me tulit ad superos:

¶ Canis.

Vincebam: uolucres: poterat quæ uincere Vulpem  
Quum me mutauit Iuppiter in lapidem.

Argo.

Non audet quid mens hominum temeraria: ligno  
Si fragili fluctus dilipat æquoreos?

¶ Centaurus.

Me pietas: me recta fides super æthera duxit.  
His poterit summos scandere quisq; polos.

¶ Liber Quintus

¶ Ara.

Prima deos uidi celebrantes sacra: deorum  
Prima sacras inter sum celebrata domos.

¶ Coruus.

Albus eram: nigrum fecit me lingua: uoluptas  
Et Veneris: nimis est imperiosus Amor.

¶ Infans.

Vagitu lucem petimus: nos uincula stringunt  
Sæua diu: sæuo nascimur auspicio.

¶ Puer.

Armillas: uolucres: cultellos: signa: trochosq;  
Exopto: morum lex mihi nulla placet.

¶ Iuuenis.

Me furor & rabies agitant: tunc uiuere nolo  
Quum possum: cupio uiuere: cum nequeo.

¶ Vir.

Gloria me cruciat: sceleratus & ardor habendi.  
Mortales miseros undiq; damna premunt.

¶ Senex.

Deformat pallor faciem: curuamur in arcum.  
Huc hominum fastus mēsq; superba ruit:

¶ Liber Quintus.

Aetates.

Aetas prima dolet: furit altera: tertia curis  
Aextuat in numeris anxia: quarta cadit.

¶ Puella uirgo.

In thalamis claudor: seruat me sedula mater.  
Fallaces iuuentum nam timet insidias.

¶ Eadem.

Argentum: mensa: chrysendeta: iugera: serui  
Non pretium sancte uirginitatis: habent.

¶ Nupta.

Limina mutamus: mutamus nomina gentis.  
Et dominos multo quærimus are uiros.

¶ Mater.

Nitimur in partu: dolor hic est maximus: ingens  
Emissio foetu nos iuuat iste dolor.

¶ Eadem.

Munera nostra uiri ridetis. munera uestra  
Ridetis: propria quis sine matre uir est?

¶ Matrona.

Castia pudiciam seruans matrona: maritum  
Perficit: huic illa est corpus: at ille caput.



¶ Liber Quintus.

¶ Eadem.

Quæ nos dona iuuant docuit Lucretia: sceptrum:  
Arma uirosq; decent: nostra pudicitia est.

¶ Vidua.

Iura tori seruo picea sub ueste: petulcam  
Et uariam dicens improbe me laceras.

¶ Anus.

Rugosum pectus: Tremulum caput: asperaceruix:  
Demonstrant q̄ sit forma: bonum fragile.

¶ Eadem.

Fastu pulchra times: hæc est insania: namq;  
Tam cito quæ perdes munera: non tua sunt.

¶ Rex.

Quod populos ueluti genitor rego: diligo: dicor  
Rex merito populum qui regit: ille regit:

¶ Tyrannus.

Vt dominer: leges sperno: præstantibus armis  
Rex est qui capiens obtinet imperium.

¶ Respublica.

Maiestas magna est: reuerentia magna senatus  
Imperium nullis: omnibus Imperium est.

¶ Liber Quintus.

¶ Dictator perpetuus:

¶ Iuppiter est unus superis: sol unicus astris.  
Haud regni sedes accipit una duos.

¶ Imperator.

¶ Consilio: pietate: fide: ui: legibus orbem  
Qui uicit: uicti munera iure tenet:

¶ Miles Cataphrattus:

¶ Cæsar: Alexander: Marcellus: Scipio: Pyrrhus  
Per me sunt clari: fama duces celebrat:

¶ Idem.

¶ Vicere quod cupimus stâtes: accigimur armis  
Qui leuis est: timida spem locat ille fuga.

¶ Miles leuis Armaturæ.

¶ Cōcutimus primi: populamur rūpimtis urbes  
Atq; uiros: primis gloria prima datur.

¶ Triarii.

Spes ducis in nōbis po sita est: deducitur ad nos  
Quū bellum: grauis est pugna: grauisq; labor.

¶ Phalanx.

Thraces: Bactras: Scythæ: Vici: garamâtas: & idos  
Nunc uincor: dempto membra iacent capite.

¶ Liber Quintus

¶ Currus falcatus.

Carpe fugam: quid stas miles: nam sim licet unus:  
Sexcentum sub me spicula claudio necis.

¶ Aries.

Rumpo fores: muros quatio: demolior arces:  
Cornua ferrata sub trabe dura gero.

¶ Testudo.

Contextis equites clypeis sub moenia tendunt:  
Iuncta simul nomen scuta dedere mihi.

¶ Vinea militaris.

Martis non Bacchi nostra est uindemia: cur sic  
Me dicant: latus hoc signat utrūq; meum.

¶ Phalarica.

A summa ueniens contorta phalarica turre:  
Quae ferit: in cineres fulminis instar agit.

¶ Balista.

Nil uallum: nil terra tumens: nil moenia prosunt:  
Subsequitur telum magna ruina meum.

¶ Funda.

Quamuis non mea sit uis maxima: corrui ille  
Quem ferio: satis est si mea tela necant.

¶ Liber Quintus.

¶ Tormenta parua:

Nec glandem damnes paruā: rapit: excutit: ardet:  
Pondere sub paruo maxima damna latent.

¶ Serpentina.

Vis: sonitus: rabies: motus: furor: impetus: ardor  
Sunt mecum: Mars hæc ferreus arma timet.

¶ Bombarda.

Si coeli possem sublima tecta ferire:  
Me concussa Iouis regia corrueret.

¶ Sagitta.

Tam subito torquet motu me flexile Cornu  
Vt prius ic̄ta cadat: q̄ fera me uideat.

¶ Ensis.

Tela trifulca Ioui dentur: Mars me quatit: arma  
Omnia post: in me bella cruenta cadunt.

¶ Pugio.

Spicula lōga necant plebē: breuitas mihi lōga ē:  
Do magnis quoniam uulnera Cæsaribus.

¶ Scutum.

Lancea: saxa: fudes: gladii: falx: sica: sagitta:  
Tunc fera nil ferunt: quum fera me feriunt.

¶ Liber Quintus.

¶ Philosophia:

¶ Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas:  
Me celebrans dulci concinit ore Maro.

¶ Eadem.

¶ Non gemmæ reddunt hoïes nō uasa bratos:  
Limina qui tanget nostra: beatus erit.

¶ Theologia.

¶ Orgia dum scribo superiorū maxima: scribēs  
Non ueluti fas est maxima: scribo nihil.

¶ Eadem.

¶ Fida fidem tueor: satis est: qui dicta probare.  
Vult mea: uult paruo claudere uase fretum.

¶ Leges:

¶ Furta: rapina: doli: cades: incendia: fraudes:  
Nos fugiunt: homines sunt sine lege feræ.

¶ Medicina.

¶ Astyge defunctos reuoco: fata impia uinco.  
Aerrat: qui dicit tempora certa necis:

¶ Arithmetica.

¶ Confectū est numeris: qcquid natura creauit.  
Bis duo: bis cœlum est: ter tria ter superi.

¶ Liber Sextus.

¶ Male regulate patricio Veronēsi.

¶ Incipit liber Sextus.

Extremi male regulate uersus.

e Mittuntur merito tibi: timentes  
Ut nostras lacerare forte nugas  
Ob nomen domini deiq; nostris

Et fauos nimis in pedes agentes  
Surras uulnera uel cruenta: Mactes:  
Magnum praesidium petunt phalanges:  
Nudos post humeros: ferus potensq;  
Miles ponitur ultimis sub armis:  
Sis tutor mihi: perfidos: malignos:  
Perdas: concucias: trahas: agasq;  
Lex uult hoc facias: mali molesti  
Fas est te male regulate dicant  
Clari: Candiduli boni: modesti:  
Sanctis: moribus: optimum probumq;  
Te dicunt: igitur tibi dicantur  
Extremi bene regulate uersus

¶ Geometria.

Qua nunq̄ tetigi: nec tangam: metior astra.  
Miraris? centrum terra mihi satis est.

¶ Musica.

Pectora dura canens moueo: stant omnia nostro  
Munere: cor: sanguis: lumina: mens: anima.

¶ Liber Sextus.

¶ Astrologia.

Quæ non sunt: quæ sunt: & quæ uetura trahatur  
Si uidet astrologus: non homo: sed deus est.

¶ Rhetorica.

Rusticus est loquitur sine me qui: florida: picta:  
Verba ligant homines: uerba ligant superos.

¶ Eadem.

Laurea debetur linguæ: clariq; triumpho.  
Si: quum uult: bellum sedat: & arma mouet.

¶ Dialectica.

Descutiens uerum: sinuosa sophismata soluo.  
Corruit in tenebras me sine qui graditur.

¶ Grammatica.

Omnes me sophiæ partes genitrice creantur.  
Do lumen cunctis: quod legis omne meum est.

¶ Eadem.

Ut sine corde cadunt sensus: sine tecta columnis  
Immotis: sine me dogmata quæq; cadunt.

¶ Eadem.

Me pueri discunt: fateor: penetralia nostra.  
Vir grauis atq; senex uix tamen ingreditur.

¶ Liber Sextus.

¶ Pictor.

Viuerē si credunt homines quas pingo figuras.  
Cur non has potius me genuisse putent?

¶ Sculptor.

Quas sculpsi: formis uoluit dare Iuppiter ūbrā.  
Non uolui: se met: ars mea ne premeret.

¶ Aurifex.

Artem si reddunt precium: res: munera: clarant.  
Ars nulla est clari clarior aurificis.

¶ Lanifex.

Serica quid poscis: uestes si uellera præbent?  
Illa nitent: fateor: sed magis ista decent.

¶ Mercator.

Astur: Arabs: indus: thrax: celta: sicamber: alanus:  
Quas mihi dant merces: ad tua tecta fero.

¶ Idem.

Fluctibus expono uitam: uarioq; labori:  
Et rebus iustum non dare uis pretium?

¶ Aromatarius.

Pocula quæ morbos pellunt: bellaria: nectar.  
Qui uendit: donat: nam sine dat pretio.



¶ Liber Sextus.

¶ Circulator.

Non ego te fallo: fallit te mens tua: uerba  
Vana cupis: uanus quod cupis accipies.

¶ Idem.

Decipit esca feras: uolucres modulamina cantus  
Dulcifoni: cupidos uerbula blanda uiros.

¶ Gladiator.

Incautum non te feriam: cape spicula: si uir  
Es fortis: tecta gloria fraude cadit

¶ Idem.

Quid thoraca capis: clypeo pugnemus & ense,  
Cor lorica tibi: cor tibi sit galea:

¶ Prestigiator:

Sunt hæc uera magis: quam quæ uerissima ternis  
Verum pro uero quod capis: esse puto:

¶ Idem.

Non me scindentem cum credas scinde re linguã  
Dic: quam si facerem: non magis hoc facio:

¶ Aula:

Quo ruitis miseri: fateor sum candida: fulgens:  
Aurea: non seruis aurea sed dominis

¶ Liber Sextus.

¶ Vnguentarius.

Vnge caput nardo regi:gaudebit:amabit:  
Sed quum me sentit rustica turba:cadit.

¶ Faber ferrarius.

Me tinctum rides picea caligine:uobis  
Hæc ego do:siculus quæ faber arma Iouis

¶ Faber lignarius.

Ars mea si magna è disces:quū quicquid in orbe est  
Compositum uobis utile perspicias.

¶ Figulus.

Non pudeat samio te massica fundere uase:  
Vina bibit magnis Porsena fictilibus.

¶ Tonfor.

Nō uos barba facit Curios:sanctosq; Catones:  
Sol decet ut clarus:clara decet facies.

¶ Bibliopola.

Cur emittis gēmas ? hæc est pretiosa supellex:  
Quem latet hoc:ueros nō habet hic oculos.

Lanius.

Vita cadit:cibus est noster qui substinet illam:  
Quisq; potest nostra uiuere tutus ope.

¶ Liber Sextus.

¶ Architectus.

Ars mea prima modum dat cunctis:artibus ars est  
Maxima nam causis imperat ingenium.

¶ Nauta.

Terra placet timidis:fulcat mare fortis & acer  
Rebus in eximijs est decus eximium.

¶ Pirata.

Caesa dedit superis superum re x sydera:terrae  
Regna:uiris: regnum qui capit ille sapit:

¶ Latrones:

Non petimus uitam:da uitam uiuere si uis:  
Pauper non recta uiuere lege potest:

¶ Leno:

Dat uictum meretrix:sordes fuge consulis istas  
Da mihi diuitias non peto consilium.

¶ Meretrix.

Non mea forma placet quis sit splendida:si me  
In thalamis claudam mater amoris ero.

¶ Tubicen.

Hinc equus quum me sentit:uolat acta sagitta.  
Lancea:Mars saeuus uoce mea loquitur.

¶ Liber Sextus.

¶ Tibicen.

Accendo bellum Veneris: Saltare choreas  
Dulcisonis iuvenes cantibus & doceo.

¶ Sistra.

Turbabouem pharium quū flēs mēphitica quarit  
Compita per crepitum tinnula sistra damus.

¶ Roma.

Roma nihil Romæ teneo: uis noscere causas  
Mascula da flammæ nomina cautus eris.

¶ Venetiæ.

¶ Quo sit Roma loco: si nescis: respice nostræ  
Arma: uiros: nummos: urbis & imperium

¶ Eadem.

Illyricus: germanus: arabs: thrax farmata gallus  
Sub duce sunt nostro: quid furis Aufonia.

¶ Neapolis.

Sole: solo: populis: duce: maxima: fulmine fortis  
Parua fui populis: Principe: sole: solo:

¶ Eadem:

Tres abui reges: non reges: tempore paruo  
Haud tribus ulla fui quæ tribus una fui.

¶ Liber Sextus.

¶ Mediolanum.

Quod sum diues opum: bellis asperrima: posse  
Me dicunt gentes: dicere uel facere.

¶ Idem.

Quid coelum spectas: Lodouicus praelia: pacem.  
Dat nobis: illum consule uera Canes.

¶ Mantua.

Moenia si spectes non urbs sum maxima: Turcum  
Si: teneo paruo maxima regna sinu.

¶ Eadem.

Pallade marte potens: orbis sum Mantua: nō urbs  
Nam Maro sunt homines Turcus & innumeri.

¶ Ferraria.

Vis nostras uno laudes te dicere uerbo  
Inuicti dicas herculis hæc domus est:

¶ Eadem.

Rex pulcher: pulchram me fecit: Respice tantum  
Me: dices magni principis hoc opus est.

¶ Verona.

Ver mihi perpetuum Veronæ nomina præstat  
Sola habet quicquid uer petit & genius

¶ Liber Sextus.

¶ Brixia.

Vis ferrū: as: aurū: vis uellera: Massica: fruges:  
Me pete gallinæ lac dabo lata famos.

¶ Eadem.

Egreditur se met: non Brixia se capit: una est:  
Non una est: magni rem tenet imperii.

¶ Aula.

Inuidiæ rabies: æstus: dolor: anxia cura:  
Auratis claudunt Toxica liminibus.

¶ Eadem.

Si lano es: paticus: palitus: mœchus: adulter:  
Me subeas: nostra uir bonus arce cadit.

¶ Præfectus Aula.

Si me Cæsar amat: satis ē mihi: sperno beatos:  
Pauperibus noceo: uix mihi met placeo.

¶ A secretis Cæsaris.

Cor regis uideo: curas: & crimina: foelix  
Talia si possem dicere: sed taceo:

¶ Fortunatissimus eiusdem Achates.

Nō mea me uirtus: nō sāguis ad æthera duxit  
Sed bona fors: homines: credite: fata regūt.

¶ Liber Sextus.

¶ Idem:

Curabā stabulū: socius sum Principis: æquū est:  
Qui non magna facit: Rex facit ille nihil.

¶ Idem.

Actum agit hic: claros reddit qui lumine Claros:  
Lumina dans cæcis: quæ facit: hæc sua sunt.

¶ Dispensator eiusdem.

Si rhombum nummis centum: si millibus æmi  
Bis mullum: Domini me gula lauta probat.

¶ Architrclinus eiusdem.

Vult epulæ potius ponâtur ut ordine Princeps:  
Quam cunei: ueræ dux ego militia.

¶ Pincerna:

Pregustans epulas: uirus uel funera gusto:  
Iure cado: mortis sum mihi causa mea.

¶ Idem:

Mors uita est regum: credat quis uiuere? Tuti  
Non sumunt epulas: qui neq; uina bibunt:

¶ Idem:

Regibus est quanto ciuis Felicior ille:  
Qui uiuens mortis non timet insidias.

¶ Liber Sextus.

¶ Decurio cubiculariorum.

Armatus tueor Regem: ne forte cubantem  
Quis feriat: Regis fors mea candidior.

¶ Cubicularius.

A thalamo nunq̄ discedo: cœca libido est  
Imperii: seruos si petit & Thalamus.

¶ Idem:

Oebalides ueniet: uigilo: ueniet Venus ipsa:  
Expecto: sic me noxq; diesq; premunt.

¶ Idem.

Si gemit accuro: Mattulam si flagitat: ad sum.  
Si pedit: Laudo: si cacat: olfacio.

¶ Pullus eiusdem.

Recta fides uobis nil prodest: candida nec mēs  
Forma placet magnis Candida Caesaribus.

¶ Idem:

Si quis uasa dedit: si gemas: coccina: mensas:  
Scite cupis: uultus respice sydereos.

¶ Idem:

Vis fieri gratus Regi: non munera mittas  
Aurea: fac roseo cum Ganymede cubet.

¶ Aulicus bonis institutus moribus:

Si mitis: timidus: si clamens: foemina: dico:  
Si prudens: fallax: si grauis: asper: Atrox.



¶ Liber Sextus.

¶ Idem.

¶ Rusticitas pudor est sanctus:moderata cupido  
Duricies:scelus est non celebrare scelus:

¶ Spectata & probata fidei

¶ Non fidei robur:non mores flagitat aula:  
Perfidia est sanctam non temerasse fidem.

¶ Liberalibus formatus artibus.

Si numeros scribo:rident:si metior astra.  
Sunt his uina poli:sumen aprum numeri:

¶ Idem.

Philosophum dicunt fatuum:demētia summa est  
Inter dementes dicere uerba greges.

¶ Poetica in signis.

Non Maro sic cecinit:docuit cantare Maronem  
Mecenas: doceas me quoq:magna canam.

¶ Idem.

Frigore:sole:fame pereo:uis carmina cantem  
Optima:turbatus non facit hæc animus.

¶ Idem.

Hoc satis est dices laudas me:carmina laudo.  
Me laudas:uitam do tibi perpetuam.

¶ Citharoedus.

Me mea plectra iuuant:miseri discedite uates:  
Non habet unde breuem sumat Apollo togã.

¶ **Libet Sextus.**

¶ **Morio.**

Dat mihi simplicitas uestes sextertia: cauta est.  
Delectat Reges quæ mea simplicitas.

¶ **Adulator.**

Plus placeo regi quam cor: quam pignora: falsa  
Me noscat quamuis dicere: falsa probat.

¶ **Idem.**

Fallere non scelus est: po scit qui munere falli  
Ut mihi det nummos: non ego uerba dabo?

¶ **Seruus.**

Sors mea tristis atrox: duro sub uindice uiuo:  
Non bibo quum: sitio: quum bibo non sitio

¶ **Idem.**

Quicquid ago nihil est: semper mihi uirga minas  
Exitium: miser est qui male perdit opus.

¶ **Idem.**

Frigora post æstus in commoda: damna: labores:  
Hæc summa est merces: dedecus atq; dolor:

¶ **Idem**

Qui seruit ducibus: tumida qui uiuit in aula:  
Decidit æger inops: ut canis in paleas

¶ Liber Sextus

¶ Scurra:

¶ Obsequor: applaudo: sic duleia massica poto:  
Rideat ut princeps: turpia queq; decent:

¶ Fortuna.

Regna: aurum: gemma: victoria: lerta: triumphi  
Sunt mea: nil prodest me sine quisq; labor.

¶ Eadem:

Demens: caeca: furens: grauis & temeraria dicor:  
Sed qui me demens sic uocat: ille furit.

¶ Eadem.

Per mare per terras uolitans: super æthera currens:  
Non mare: non terras: sydera non habito.

¶ Eadem.

Sum natura potens: coeli sum mobilis orbis:  
Sum tenuis mundi spiritus: immo nihil.

¶ Eadem.

Accipis haud quærens si fulua monilia: nummos  
Hæc tibi sola uolens dona superba dedi.

¶ Casus.

¶ Quæ nis fortuna est: qui se ratione tuetur  
Est mihi cum brutis: fors ego sum pecudum:

**¶ Liber Sextus.**

**¶ Sors.**

Lusibus atq; iocis dominor: sum tessera: Talus:  
Me fortuna super uina dapesq; Tulit.

**¶ Fatum.**

Hoc fatum dicunt: quod fatur Iuppiter: illi  
Qui tempus solis uocibus omne terunt.

**¶ Idem.**

Non ualeas quauis fatorum rumpere foedus:  
Non tamen hæc cogunt: quod facis: ut facias.

**¶ Idem.**

Vis dicam quid sim? causas simul aspice iunctas:  
Ut duo: tres: unus: has simul accumulans.

**¶ Idem.**

Libertas nostris coniuncta est uiribus: astra  
Summa licet moueant non tamen illa trahunt.

**¶ Liberum arbitrium.**

Astra quid accusas? damnat te sæua uoluptas:  
Non deus: omne scelus quod facis: ipse facis.

**¶ Mundus.**

Est mea uita breuis: spes in me nulla salutis:  
Hospes abi: quid stas? non tua regna colis.

¶ Liber Sextus.

¶ Cælestis patria.

Felices uiuent animæ: quæ uiuere nolunt.  
Ille sapit uere: qui bona uera petit:

¶ Beata uirgo.

Vestales ar dent flammæ sub pectore nostro  
Ponere me nolens Romula gens posuit.

¶ Eadem.

Ante fui Cœlum quæ uolueret aureus axis  
Natales uidit bis mea uita meos:

¶ Eadem.

Bis tria si iunges: iunges mea numina: solum  
Vnum addas: matris nomen erit tenerum:

¶ Eadem.

Virgo deum peperit: miraris: semine nullo  
Quæ grauis est salua uirginitate parit:

¶ Eadem.

Quod clausi paruo non clausi pector: Cœlum  
Exiguus uenter non capit atque capit.

¶ Eadem.

Claua: præsidium: portus: terræ: ætheris: unda.  
Sûm sine me grata est gratia nulla Ioui.

¶ Finis.

**C** Pamphili Sassi Mutinensis: ad Illustrissimum ac excellen-  
tissimum Franciscum Gonziacum Mantuæ regem iustissi-  
mum ac senatus Ducisq; Veneti copiarum Imperatorem in-  
uictissimum Carmen.

**C** De bello Tarrensi

**b**

Ella cano Martis nimiū quoq; saxa furori  
Indomito: diras acies populiq; furentis  
Gallorū in Venetos reges Turciq; potētis  
Agmina: q̄ longos cecinisti docta labores  
Excidiumq; sacri Troiæ miserabile regni

Musa meos cirrhæ super ardua dirige gressus  
Saxa. coronatus lauro quibus augur Apollo  
Tymbræa dulces meditatur arundine uersus  
Isthmia uel bimaris surgunt ubi templa corinthi  
Mobilis & quondam delos qua thura ministrat  
Mascula phœbe tibi: pascunt aut phocidis arua  
Loeta greges: celsusq; sonat clamore citheron  
Virgineo: nitidæq; fluunt parmessidos undæ:  
Barbarus aereas Gallus superauerat alpes  
Et magnum patriæ Liguram depellere cæssa  
Sede ducem quærens sæuissima bella parabat  
Cum sub triste iugum posuissent improba Tuscæ  
Colla urbes. Pisa. Florentia. Sena. Volatræ  
Et pyrgi ueteres: ueteris quoq; moenia Lunæ:  
Et cum martigenæ Capitolia cæssa Quirini  
Atria sancta Numæ: sancti quoq; tecta catonis:  
Pompei; domos miles sceleratus haberet:

**A**

De bello

Acrifoneis infelix Ardea campis  
Fleret & horrendæ Pastana per arua querelæ  
Mugirent: quateret Stabias urbemq; Fidenam  
Clamor Aricinæ campos siluasq; Dianæ  
Tolleret ad cælum flens & miserabile carmen  
Qui Fesceninas arces montesq; Sabinos  
Rupibus excelsis habitant. quos limpida uisus  
Abluit & flauis currens rigat Albula lymphis:  
Herculeiq; colunt summam qui Tyburis urbem  
Nursinumq; solum Gabios & prata Velini  
Qui Fabarim. Silaringq; bibunt. qui clara Galefi  
Flumina quas liris gentes Amasenus. Hymella  
Esarus atq; petunt tumido quoq; gurgite Sarnus  
Et iam Ledæi rapuisset tecta phalanti  
Turba ferox: Calabrumq; suos sua regna penates  
Rex linquens Siculas pulsus migrasset ad oras  
Vulnera sed spectans Latii miseranda senatu  
Qui sancto princeps Venetas regit ordine gentes  
Fasq; piumpq; fouens recto sibi scedere iunxit  
Legitimo cuius lapidosi regna Tridenti  
Imperio parent: paret cui Bethyca tellus  
Conciliumq; uocans medios sermone quirites  
Hæc inter placido surgens est uerba locutus  
An Lycias bello quærit Rex iste cateruas  
Vincere: Parthasii nunquid parat arma cruoris  
Tingere clade fero præstans bellare tumultu  
Sub scythica qua bella mouens Otomanus ab arcto  
In nos sæpe fuerit Parthos Lacerare fugaces  
Optat. & Assyrios: nobis iam Medus Hydaspes

Tarrenti.

Seruiet Euphrates Tigris pactolus Horontes  
Termodon. Ganges. Meander. Phasis. & Ister  
Iam solymos uinctet campos: iam coget Idumen  
Ad nos frondentes palmarum mittere ramos  
Nunc impune sacri tumulam celebrare Tonantis  
Fas erit: & roseis pia limina cingere sertis.  
Ponere uerbenas aris. maectare iuuenos  
Iam sistrata cohors raptum quæ plorat osirim  
Deseret Inachias leges. & iura Canopi  
Oetipedis uel quæ calido sub sydere Cancri  
Non Phœbi radios umbris expellit opacis  
Cornigerum spernes Apim: Crocodilon & unum  
Sancta colet regem superum sub numine trino:  
Quid dubitatis adhuc Babylon truculenta iacebit  
Foelicesq; cadent Arabes: cadet atq; Sabæus.  
Fila croci Cilices tradent sine munere uicti.  
Coryciis excepta iugis: Rhodopeia tellus  
Se uictam reddet uictam se bacchica Lesbos  
Et paros & Tenedos. clari quoq; regna Thoantis:  
Egæi Euxiniq; maris qui bosphoros undas  
Separat & gemini sentit super athera ponti  
Ire procellosos fluctus: quum stridulus auster  
Soeuit: hyperboreis boreas & missus ab antris  
Captus erit Gallis: capto Byzantia regno  
Arua dabunt gelido pretiosa monilia Rheno  
Purpureas uestes aurum. Chrysendeta mensas  
Antra petet Turcus fugiens ubi caucasus ingens  
Vertice nubifero sublimen pulsat olympum  
Scilicet in Latium Latalia spicula tendens



In ducis anguigeri sedes .Rex barbarus ibit  
Qua famos argiuæ lunoni templa coronat  
Floribus:Idaliæ Veneri qua plurima Cypros  
Dona refert spectatq; Rhodos phœbea colossuta  
Stragula qui paterasq; rapit tibi Christe dicatas  
Virgineos rapit atq; choros altaria circum  
Limina templorum totas populatur & aras  
Arma geret pro te miles sub Marte cruento  
Si Mediolani foelicia scepra teneret  
Parceret hic nobis? sequeretur Brixia diues  
Credite barbaricum Veronaq; clara triumphum  
Intactam seruare fidem gens barbara nescit:  
Foedera non curat:nullo pietatis amore  
Nulla lege furens nulla probitate tenetur  
Horrendum uulgus sceleratum triste prophanum  
Fraudibus assuetum textit commenta dolosq;  
Diligit insidias & rapto uiuere gaudet  
Proh scelus infandum ac ingens Saturnia tellus  
Alma parens frugum matura fertilis uua  
Fertilis & pomis quibus aurea mala draconis  
Et Corciræ cedunt pomaria regis  
Nobilior cunctis cunctis formosior oris  
Fræna geret? duroq; nimis calcata premetur  
Seruicio:sæuum patietur & icæta tyrannum  
Vulneribus multis? & pondere pressa maligno  
Tempora nocturno ducet signanda Lapillo  
Consilio mentis uestrum si quisq; reuoluet  
Mature:quæ gesta patres super aurea nostros  
Sydera duxerunt:claræ quæ gloria laudis

Tarrensi.

Reddidit ad uitam rursus melioribus astris  
Funera post flammamq; rogi cineresq; sepultos  
Sanguine non illo: non illa stirpe uidemur  
Producti: Lentæ nimium frigescimus usu  
Pacis: & attoniti rerum nouitate timemus  
Quæ nos fata tenent: forti pugnemus auorum  
Robore demissas reuocemus ad inclyta uires  
Arma. quibus noster cogens terraq; marisq;  
Sub pede regna Leo multis iam possidet annis  
Flamma uelut crescent animi. quæ languida primum  
Robora uix urit madidum stillantia rorem  
Fortiter ast Liquidum pugnans quum depulit imbrem  
Stridet: & ingenti se suscitât aucta calore:  
Nil iuuat argentum: crocei nil fulua metalli  
Pondera. nil tyrio fucata; murice testes:  
Nil quæ mygdonio pallatia marmore surgunt  
Ad coelum sonipesq; citus celeresq; carinæ  
Carpathius nil quas pontus. gangetica nil quas  
Vnda tulit gemmas. si libertatis amico  
Munere: si latis regni spoliatur habenis  
Sic fatus solio se se demisit eburno  
Tunc non una. ducum uario sententia motu  
Hunc illuc animos flectebat: ut æquoris undas  
Diuerſi quatiunt uenti: nunc litus ad ipsum  
Ceruleæ uersus mediam nunc doridis aulam:  
Post tamen ingentes pugnæ. si murmure clamat  
Eolus horriſono uentos & carcere claudit  
Nereidum placido facilis chorus æquore ludit:  
Pacatiq; sedent fluctus: sedet altus aquæ mons:

## De bello

Deniq; post multos sic illi pectoris æstus  
Concordes animis uno simul ore sonabant  
Crudeles latis gallos pellamus ab oris.  
Nec mora turbati panduntur limina Iani  
Tollitur & belli signum: ponuntur aratra:  
Ponuntur falces. miseri coguntur in agris  
Linquere Triptolemi segetes sua uota coloni  
In clypeos ferras coquit: in thoraca ligones  
Concaua dentatas in uultus tegmina crates  
Quisq; faber: calidis strident fornacibus aræ:  
Aestuat horrendi rabies sæuissima Martis  
Classica pulsa sonant: sonitus caua buccina magnos  
Exprimit: exardens animo capit arma iuuentus  
Et quæ legitimas sequitur iurata cohortes:  
Et quæ terrisono pugnat delecta tumultu.  
Pars bellacis equi duris premit ora lupatis  
Pars pedes ad belli cladem parat ire cruenti  
Conueniunt docti mater quos pulchra Catulli  
Et circum latices Athesis generauit amænos  
Et circum tumidas Banaci detulit undas:  
Mittit ab Euganeis nec non Antenoris aruis  
Vrbs phrygii peditum nymbos equitumq; cateruas  
Vnde graues Aponus suspirat fumifer auras  
Et sua quæ placido quondam Vicentia Marco  
Sceptra dedit: cælo quam nondum uertice coelum  
Tangeret. & magni princeps uix orbis haberet  
Imperium nitido Phæbus quæ circuit ore  
Et quæ gramineos speculatur Brixia campos  
Brixia pampinei latissima munere Bacchi

## Tarrenti

Monere palladiæ celeberrima Brixia plantæ:  
Venit ab annosæ iuuenum manus urbe Rauennæ  
Strenua Latales gestans in bella sagittas  
Cuius rostratis horrebant uulpibus armi:  
Venit ab Illyricis gens aspera montibus: enses  
Hæc curuos gerit. & parmas e stipite querno:  
Accola trux rhodopes: cultor uiolentus & armi  
Aemi nimbifono quum surgunt culmine fluctus  
Qui uidet Adriacos. & uertice sydera pulsat:  
Illorum pectus loriciæ lamina reddit  
Non tutum tutumq; caput non ferrea cassis  
Hispidæ pro galeis durus tegit ora galerus  
Pro thorace rudi tomento linea uestis  
Plena fouet pectus: quid sit timor & fuga tristis  
Ignorant: pugnas generoso corde sequuntur:  
Deseruere uiri scopulosa ceraunia fortes  
Butroti aereas arces camposq; molossos  
Dyrrhachiiq; sinus: feriunt rapiuntq; sedentes  
Obuia quæq; uident in equis uelocibus isti  
Deseruere alpes Rhodani qui frigida potant  
Flumina: belligeras duxere ad nostra phalanges  
Limina: Teutonico qui sunt sub Cæsare reges  
Pars Latii motis resonabat quælibet armis:  
Sanguineum manibus quatiens Bellona flagellum  
Pestiferis nigras ducebat ab arce sorores  
Tartarea. stigii & quæ fera monstra sub antris  
Aut spargunt odium aut diri mala semina belli  
Talia quum sensit Gallus. qui corde su perbo  
Victor ouans Persasq; truces Medumq; furentem

## De bello

Arfacidumq; domos:& quas se nubifer Atlas  
Extollens cernit:cernunt quas Pindus & Ossa  
Se depressurum iactabat tempore paruo  
Obstupuit uoluensq; animo q̄ magna Senatus  
Sit Veneti uirtus.q̄ summa potentia.quantæ  
Diuitie.qualisq; fides.probitasq; decoret  
Marce tuos reges:genus insuperabile bello:  
Linquere decreuit Calabros & Iapygis arua:  
Parthenopenq; cito Campanaq; moenia cursu:  
Et iubet extemplo succingi quemlibet armis  
Militiæ qui signa solet:qui gallica fidus  
Castra sequi:properatq; fuga transcendere colles  
Ad quos Mæoniis ueniens de sedibus olim  
Tyrrhenus duxit populos.& nomina genti  
Iusq; dedit:statuitq; deum se numine regem:  
Mortiferis & iam gladiis atq; impius igne  
Hetruscos populatus agros.populatus & arces  
Venerat ad montes Scyllæ de nomine dictos  
A Tuscis dirimunt campis qui saxa Lygisti:  
Pinguia Laniferæ dirimunt qui iugera Parmæ:  
Vercellas & sorte putans hinc posse maniplos  
Tutus Apollineas adducere:syderis atri  
Luminibus:fatisq; fuit deceptus iniquis:  
Magnanimus Veneti ducens nam cuncta Leonis  
Agmina Dux.Vatis cuius iam filia Manto  
Diræi clara muris circumdedit urbem  
Interclusit iter:tenuit quoq; milite cursus:  
Intrepido:densis illi seq; obtulit armis:  
Non hoc Rege fuit maior Tirynthius hæros:

## Tarrenti.

Et si Geryonem domuit. phariq; Tyrannum.  
Busirim populi: Diomedis & ora cruentis  
Victor equis posuit: curuo stymphalidas arcu  
Depulit: ingentem Libyæ telluris alūnm  
Strauit & immensa Nemeæum mole Leonem  
Spicula Lernæi maculauit sanguine monstri  
Cerberon obscuris traxit phlegethontis ab aruis:  
Et cœlum ceruice tulit: quum maximus Atlas  
Stellarum nimio generet sub pondere lassus:  
Fudit Amazonidum turmas: caciq; rapacis  
Tempora nodosa concussit robore clauæ:  
Quum graue consilium tempus petit: iste Catonis  
Atq; Solonigena præponderat omnia mente  
Dicere legiferum credas ut uerba Lycurgum:  
Ast cum funereis opus est incumbere bellis?  
Per medias currens acies: non saxa nec ignes  
Formidat timidosq; fugans premit arduus hostes:  
Gallorum faceret quid Dux? hinc ferrea tela  
Tendebant illinc gelidæ ieiunia mortis  
Vincula: non aderat misero spes ulla salutis:  
Non tamen ostendens quæ uulnera corde gerebat  
Lætitiâ simulans cautus sed fronte serena  
Ad se quemq; ducem clamat: dehinc talia fatur.  
Iuppiter excælo qui respicit omnia cœlo  
Qui regit athereos motus: qui temperat orbem  
Astrorumq; polos immoto cardine firmat  
Dona mihi facilis præstat quæ saepe poposci:  
Inueniam tandem glomeratos ut simul hostes:  
Hostes qui Veneris soliti sunt mollia molles

De bello

Castra sequi: Cybelisq; leui pulsare furentis  
Cymbala rauca manu: ueluti berecynthus Atys:  
Quos iuuat in thalamis & totas stertere noctes:  
Et marcere mero: uenient ad bella cinadi  
Oebalides, Cyparissus, Hylas, Diadumenus, & qui  
Raptus ab Idæo (dignum est si credere) colle  
Pocula grata Ioui digitis infundit eburnis:  
Nunc nunc tempus adest quo se super æthera quisq;  
Ferre potest: claris operans & gesta triumphis  
Digna sui moriens post uiuere fata sepulchri:  
Sentiat Italiæ miles quid Gallica possit  
Dextra: quid exardens animus: quid fortibus armis  
Assueti & semper bellis præstantibus artus:  
Si quotiens latium Rhæni gens incluta uicit  
Et gelidi populos Arni baiana putatis  
Ruræq; uel niueos qua tu Clitune iuuenços  
Reddis aquis: fundana lacu qua uina phalerno  
Condit Amyclæas iungit qui uitibus ulmos.  
Audentes timidos sic formidabitis hostes  
Ut pauidos ursus lepores ceruofq; fugaces:  
Sub rapido Varrus cecidit cecidere garūna  
Arida saxosi radunt quæ flumina Macræ  
Semper & instabiles Genæ discordis alumni  
Plebsq; Tages docuit pecudum quam noscere fibris  
Dum litat ara deis quæ sunt: uenturâ trahuntur  
Perpetuo stabilis quæ fœderis ordine fata  
Decidit Aemilio uicina Bononia rheno  
Cælsaq; palladiis residens in collibus Ancon:  
Ancon quæ tumido uenientes æquore nautas

Tarrenſi

Accipit egregio ſouet & clariffima portu:  
 Quæ locat imberbis gens & delubra tonantis:  
 Setia qua Satyri ſtimulis & mænades actæ  
 Nyctilei Thyafos ducunt: & carmina cantant  
 Bacchica: non comptis ferientes crinibus auras:  
 Haſ ſequitur nimio titubans. Silenus lachos:  
 Pontinæ uario resonant clamore paludes:  
 Quas amphifa tenet ſedes: ubi Delphica rupes  
 Concaua diuino descendit in antra recessu  
 Laurigeris ſpirans adytis: que corde furenti  
 Numine dat plenus Phoebi reſponſa ſacerdos:  
 Sub patribus quondam noſtris Sigæa fuere  
 Iugera fertilibus priameaq; gargara campis.  
 Dindymaq; & caſſa pendentes rupe Celenæ:  
 Cappadoces: collitur quibus & ſitientibus aruis  
 Arentis Libyes ſublatis cornibus Hammon  
 Quiq; Paleſtina colit & ueneratur in arce  
 Candida Te propter niueas Cytherea columbas:  
 Et nos imbelles turbam fugiemus inermem?  
 Hinc ſe montis apex ſumma inter nubila condit  
 Aſper difficilis ſcopuloſus adire fugaces  
 Et quem uix poſſint Capræ: timiduſq; pauenſq;  
 Illinc iam uicto cingit nos agmine miles  
 Arma uiam faciunt: hoc dulcia pignora nati  
 Vxoreſq; petunt: hortantur ad inclyta fratres  
 Geſta pii: uetereſq; iubent capere arma parentes  
 Dulce ſolum patria: quæ ſi uos tempore paruo  
 Queritis amplecti magno cum laudis honore  
 Pugnet: atq; hoſtes circum diſiungite iunctos:



## De bello

Sic ait. at Galli magno resonare tumultu  
Prælia cæperunt: quid stas Rex inclite? quid stas?  
Cur non in bellum ruimus? cur grata paratis  
Tela negas animis? mora quælibet aspera nobis  
Est & dura nimis: non spicula sæua timemus  
Aut necis aut martis: quis te duce fata timeret?  
Est magnum pro rege mori decus: ille resurgit  
Nascitur & qui Marte cadit sub principe tanto:  
Iam tibi nostra fides nota est: iam pectora: iam quid  
Quum decet accincti sumptis operamur in armis:  
Sexta dies aderat mensis cui Iulius olim  
Nomina clara dedit Cæsar: quum fortis uterq;  
Dux parat aut terram sparsa sedare cruore:  
Vincere uel: cladis monstrauit signa futura  
*sol regabat nubibus* Qui Phæthonteo lustrat deus æthera currus:  
Splendida nam densis textit sua nubibus ora  
Et radios clausit caligine noctis opacæ:  
Tuuc Iouis excelsi, Veneris quoq; sydera blandæ  
Extremas coeli partes & regna petebant  
Tristia: sublimi dirum radiabat olympo  
Martis Lumen: atrox ensẽ quætiebat Orion  
Scorpius & quamuis Chelas non tolleret ardens  
Nigra uenena tamen medium spargebat in axem  
Sanguinæ quæcumq; necis truculenda minatur  
Damna nouo gaudens fulgebat stella nitore:  
Horror ubiq; furens: rabies & cæca trahebant  
Quicquid habet sub se mundus: discordia demens  
Semina spargebat: generant quæ uulnera: luctus  
Tristitiamq; simul placidæ sub fulmine leges

Bellifono pressi iuris decus omne tenebant  
Ecce duces summo Gallorum uertice montis  
Astricti ducunt aties: quas ante beatas  
Diuitias caute mittebant coccina uestes  
Argentum. mensas. & fuluo uasa metallo  
Conclamant hostes: Veneti uistiq; latini  
En ueniunt hostes ferit ingens athera clamor:  
Gonziacus tunc Rex ardenti pectore bellum *Manuel rex  
sermo ad suos*  
Exoptans hilari ducibus sic uoce profatur.  
Hostis adest proceres: qui tingere sanguine uestro  
Tela parat raptos. & matris ab ubere natos  
Dilacerare ferox: teneras uiolare puellas  
Annosos mactare senes: ille ille prophanus  
Ille ferus miles: spoliat qui templa deorum  
Et Iouis infantes ferro superare ministros  
Audet & infando Veneris compulsus amore  
Commaculare pias scelerato crimine sedes:  
Nondum maturas segetes qui falce proterua  
Subsecat: euertit demissis arcibus urbes:  
Dissipat. arget. agit. populos armenta domosq;  
Gloria militiæ non hunc: non pulchra triumpho  
Fama mouet: non laudis honor: non foedera legum  
Non quæ iustitiæ magna est reuerentia sancta  
Non læsi crimen regni: non iurgia: iusta  
Impetus aut ira: sed amor sceleratus habendi  
Argenti splendor: dominandi cæca cupido:  
Qui seruire potest gentem qui ferre superbam  
Non curans fasces: non laurea ferta decusq;  
Castrorum pavidus fugiens me deserat: atq;

## De bello

Eger inops uiuat: sed qui sua signa tueri  
Libertatis amans pretiosum munus & altum  
Scandere uult coelum gestis & nomine claro.  
Ille meos gressus animoso corde sequatur  
Dux & miles ero: tantos frenare furores  
Qui petit ut Fabii cautas se uertat ad artes  
Non opus est: belli tempus differre noceret  
Milite cum rabido: uis uim furor ipse furorem  
Excutient rabiem: rabie calcare necesse est  
Non ualet ingentes flammam extinguere paruo  
Flumine Lympha cadens: tenui non murmure uentus  
Deiicit affixas scopulosis montibus arces  
Non annosa cadit quercus radicibus haerens:  
Ictibus exiguis: currentes ordine nullo  
Ordine nullo tumidos pulsabit hostes:  
Nec uos concutiat terror feritate superbos:  
Quod dixi Gallos: feritas non stenua. non est  
Incluta. magna. potens: non forti robore uires  
Continet: atra fremit: furit improba: perfida. saeuit  
Inconstans. praecipit. demens. uaga: mortis acerba  
Non timet & quoniam gladios & munera uitae  
Damnata in arma ruens stygiae cito cogitur arcis  
Per nemus umbrosum: piceas petere antra per auras  
Et quia non hominum pugnant. sed more ferarum  
Barbaricae gentes: cadantur more ferarum  
Credite uester honor uestra est uictoria: primo  
Si pugnae ingressu fortes certabitis armis  
Ut decet inuictis: magno depressa tumultu  
Effera uis nimiam cedet: clamorq; tacebit

Tarrensi

Stentorea qui uoce tonat: furit agmine magno  
 Qui subito uentus: subito cadit: urbe Camillus  
 iam uicta Gallos felici Marte superbos  
 Strenuus afflixit: Tarpeæ quum fuit arcis  
 Vnica spes anser. Marcello sub duce princeps  
 Illorum cecidit magnus: sub Cæsaris armis  
 Rhenus. Ararq; caput posuit: ualere feroces  
 Italiae populi nunq; pia uincere regnas  
 Sed uerbis animos cur Martia bella petentes  
 Tam longis teneo. sublataq; demoror arma:  
 Quisq; sua pugnet pro libertate: Senatum  
 Et Venetum clara studeat uirtute tueri  
 Sic ait: & medios currit furibundus in hostes  
 Hunc illum lacerans: ueluti truculentus acuto  
 Dente canes transfigit aper Calydonis in agris  
 Pastorum quem turba fugit: fremit horridus ille  
 Etolæ resonant rupes: sonat arduus æther:  
 Agmina miscetur diuersa parte ruentes  
 Conueniant acies: strepitus dant cornua rantos:  
 Tympana rauca strepunt: clangor ferit astra tubarum  
 Ut duo diuersi concurrunt æthere nymbi  
 Quos notus & boreas agitant: dant murmura pulsi  
 Magna poli: magnumq; gemens tonat aula Tonantiss  
 Torserunt longas aratæ cuspidis hastas  
 Lingones: inculti primæ quos signa cohortis  
 Rex erecta sequi uoluit: non quadrupedum ni  
 Percurrunt isti campos hostelq; fatigant  
 Sed pedibus nixi propriis fera prælia tractant  
 Horum dux uasto tollens se corpore Glaudus

*conuictis animos  
 uentis inlamanis*

*Hypocritis  
 non intelligant*

*a. p. r. i. a.*  
*u. i. u. e. n. e. m.*

Quem circum montes tulerat Clastidia mater  
Quos ambit uiolentus Athax: ubi frigida semper  
Nix riget: & densa glacies tegit arua pruina  
Vidit ut antiquo Pici de sanguine Picum  
Qui caput abstulerat lacera cervice reuulsam  
Ense Tagi: Laniumq; atras admiserat undas  
Se tollens magnis immisit uiribus hastam  
Illa uolans galeam fregit: Piciq; furentis  
Tempora contundens. calido perfixa cerebro  
Substitit: at Picus miseram per uulnera uitam  
Expulit: aeterno clausit quoq; lumina sumno:  
Non procul hinc pugnans heros fortissimus ille  
Ille decus Martis: quem solum bellica Pallas  
Diligit Aufonii Turcus lux unica regni  
Clamauit ferro Stigias misisse sub umbras  
Nunq; te iuuenem iactabis perfide Picum:  
Et gladium feriens qua curuis ilia costis  
Iunguntur telo geminum latus hausit acuto  
Decidit ille graui genuit sub pondere tellus:  
Hunc linquens atiem sternit formidine captam  
Gonziacus Rex ense noua: fugiuntq; pauentq;  
Prædia damnantes demissis Lingones hastis:  
Tunc dux Massiliae Bitias de uertice montis  
Agmina deducit: geminatus ad æthera clamor  
Tollitur: hos contra Turcus ruit agmen & omne  
Comminus assurgens gladio perturbat iniquo  
Ut leo marmarici per feruida iugera campi  
Dentibus horrendum frendens magnoq; furore  
Compulsus tumidosq; greges: fortesq; iuuenos

*Auonius*

Tarrensi.

In cladem uiolentus agit. per rura per urbes  
 Mugitus Libyæ tristis se fundit. & omnis  
 Terra rubet: circum sparso madefacta cruore:  
 At Bitias tumidus generosæ stirpis honore *Laudatur quam Gallos*  
 Nam genus a magno ducebat nobile Lygdo *a parentibus*  
 Phocaico quondam ritu. qui templa sacerdos *ab officio*  
 Excoluit tua Phoebe tuis deuotus & aris:  
 Massiliæ cecinit. uates responsa sub antris:  
 Spicula contorquens tali te uoce precatur  
 Phoebe pater cœli cui regia militat omnis: *oratio tua ad*  
 Quo sine nil lucent errantia sidera: nec que *phœbæ*  
 Fixa polis sensim tacito uoluuntur ab orbe: *est pœthorina*  
 Cui fauet eurotas. Helicon. Pataræaq; regnas: *tua descriptio*  
 Qui cereris Bachiq; fœues alimenta calore  
 Sidereo: uarios distinguens lumine menses:  
 Si lectas prisco nostri de more bidentes  
 Mactauere tibi patres: taurosq; feroces  
 Frondibus ornati Daphnes: si fulua dedere  
 Munera. seruantes solœnia festa quot annis  
 Versibus & lætum sacris Pæana canentes:  
 Da mihi letiferi pectus fodisse Tyranni  
 Qui necat & gentes sæuus tibi cogit amicas  
 Ut lupus acer oues: scelerati Cynthius oris *audet sed non*  
 Spreuit uerba pius: non ferrea spicula duro *percussit*  
 Haeserunt clypeo: summa sed crate repulsa  
 Ictibus haud ullis ceciderunt: Turcus in illum  
 Detulit ora furens: & terq; quaterq; tralicem  
 Loricam feriens dextra iam triste potenti  
 Spiramantum animæ mentis penetralia rumpit.

## ¶ De bello

Detestans Phœbi tripodas: Lyciæq; penates  
Ille miser tenuem demisit cordis anhel  
Arce umbram proprio uittas faciemq; cruore  
Et maculans petit: Lethæi transtra Charontis:  
Illinc frena mouens Turcus pugnare cohortes:  
Qua magis atq; uidet densas magis impia ferre  
Et qua tela manus maiori aut crescere bellum  
Clade ferox illuc tendens fortissimus omnes  
Distrahit & turmas. & cunctos impulit hostes:  
*similitudo* Non aliter stipulas solet urere flamma calentes  
*caniculonia*  
*descriptio*  
*uocatio* Aeoliis agitata notis quum terga Leonis  
Ignifero Titan tenet igneus ignea curru:  
Ferreus augetur Martis furor: undiq; pugnam  
Non expectato poscit gens effera signo  
Sequana turba ruit: fuluis & pulcher in armis  
Tarbellus: Bituriq; truces: & Neruius acer  
Santonus & flauis quatientes gesa Ruteni  
Gaudet & inuento docilis qui Belga Couino:  
Aruerni Meldiq; simul fortesq; Cadurci.  
Elius atrox: quos Cinga lauat: quos flumine sulga  
Sanguineo quondam domiti quum milite strages  
Ingens illorum facta est: quos arce Gebennæ  
Aerea tutos reddunt reddit quoq; summo  
Aere quæ nomen ducens urbs aera pulsat:  
Magnus ubi Fabius Romano robore Gallos  
*pungit*  
*Gallos* Misit auernales numero sine uictor ad undas  
Marmoreq; & niueo clari monumenta trophæi  
Erexit tanta Laudis quo fama nepotes  
Tangeret & patriæ dulci stimulare amore:

Tarrenſia

Gentis Aquitanæ nec non ſine lege phalanges  
 Accurrunt: Rhemusq; aſper. Leuciq; cruenti  
 Roſtratis Veneti concurrere nauibus auſi  
 Cæſaris: & tumidas peritura claſſe procellas  
 Scindere: non domini rerum gentesq; togatæ  
 Non quorum imperio totus uix ſubiaceret orbis  
 Non populus cuſtos recti deſenſor & æqui:  
 Non quo Roma caput Venetis leuat ardua campis  
 Nec minus Auſoniæ turmatim ad bella cateruæ  
 Ordine non aliquo tendebant: Corſicus aut quas  
 Egregio præſtans animo. Vincentius: aut quas  
 Ducebat ſæuis Rannutius inclytus armis  
 Et quas Gonziaca natus de ſtirpe Rodulphus.  
 Viribus inſignis: nulli probitate ſecundus  
 Conſilio. pietate. fide: ſpes altera regni  
 Iane tui: celebrans mores Curiq; Numæq;  
 Magna cothurnati non ſi mihi uerba Maronis  
 Præſtaret ſæue cui labitur ūnda Meduſæ  
 Maonii ſi plectra ſenis. ſi fila ſonore.  
 Pangæa citharæ reſidens Cyllenius arce  
 Inſanos poſſem belli narrare tumultus  
 Vulnera clamores gemitus. lamenta. dolores:  
 Cornua conglomerant ſe ſe: miſcentur & alæ  
 Miſtus eques pediti pugnat: cum pectore pectus  
 Cum pede pes uinctus quatitur: nunc prælia uincunt  
 Nunc uicti fugiunt hoſtes: hos plumbea maſſa  
 Comprimit: & magno contorta phalarica niſſu  
 Illos funda necat: pluit atri ſanguinis imber:  
 In numero putres onerantur funere campi:

*Amplificatio*

*Homericæ  
 imitatio*

*æſtra pugna  
 Et hæc mihi  
 uerba ſunt gæſonæ*



De bello

Dum sic præcipites & Martis amore furentes  
 Tractant arma uiri: cuneos dux improbus omnes  
 Hesperia scindens Battardus uoce superba  
 Clamauit: non nunc nardi de flore coronas  
 Textitis: aut biseri generant quas florida pesti  
 Arua ros:is: non nunc sceleratae cortice Myrrhae  
 Vngitis: Assyrio tenerum uel corpus amomo:  
 Non capiti mitras intexto iungitis auro  
 Non uos sarrano lasciui cingitis ostro  
 Semiuiri facilis mulierum turba cinædi  
 Sed ferro pugnare opus est: de more capillos  
 Non quo foemineo uobis candente retorquent  
 Tonsores. Geticis sed quo Mars fulminat artus:  
 Vos ego solus agens imbelles perdere turbas  
 Vi possum exigua pudeat mihi cedere soli  
 State duces Latii fortes Romana propago  
 Talia iactantem sublato comminus ense  
 Aggreditur Turcus rumpitq; minantia uerba  
 Barbarus obstupuit tanto perterritus hoste  
 Sensibus & gelidis hæsit: mox corde calorem  
 Amissum reuocans pugnae sua tela parauit:  
 Taurus ut aspiciens iratum forte Leonem  
 Arrectas quassare iubas. & colla mouere  
 Naribus efflantem flammæ & torua tuentem  
 Formidat primo aspectu: post colligit iras  
 Se parat & niueas cornu seruare iuuenças  
 Battardi tumidum geminato contudit ictu  
 Armipotens Turcus caput æstuat ille labantis  
 Et tenet exanguis in equo uix corporis artus

*Incomparabilis  
militari  
yates*

*Dr. Iohann. aulder*

*elapsus similitudo*

*Eschondus  
antatram*

Tarrenti.

Currit equus flexo campos & circuit orbe  
 Se leuat ille tamen magna; & turbidus ira *resumil amirna*  
 Cuspide mucronis clypei septemplicis oras  
 Gonziaci penetrat regis: contexta metallo  
 Aera cadunt fuluo circum micat undiq; tellus  
 Immanem faciet, placidum te, claua trinodis *Dux uisit habet huiusmodi gabus*  
 Turcus ait: clauamq; mouens humerosq; manusq;  
 Sape petit repetitq; ferox & concutit ora  
 Illius sensit paribus non barbarus armis  
 Se conferre manum: formidans & fera mortis  
 Valnera si saeua durarent tempora pugnae  
 Taliter ore loqui coepit: Dux inclyte gentis *laudat Turcom*  
 Ausoniae superum cui candida fata dedere  
 Quas habuit Caesar uires, quas Romulus atq;  
 Scipio cui magnum quondam dedit Aphrica nomen  
 Quo non graecorum murus pugnauit Achilles  
 Fortius Iliaci quateret quam moenia regni  
 Da ueniam uicto: ueniam mihi trade petenti *Turcicae gen fieri*  
 Olli sedato Turcus sic pectore fatur.  
 Sat uicisse mihi est: hostis non opto cruorem  
 Spargere: quae tristi sauit uictoria clade  
 Non mihi dira placet: letales sperno triumphos  
 Nobilitat reges clementia: parcere manus  
 Est ducis egregium magni: Saturnia regna  
 Dant placidas hominum mentes dant pectora blanda  
 Nos hilares mitesq; sumus: cor barbara uobis *vide qualiter*  
 Barbaricum producit humus: glacialibus aruis *uolent huiusmodi*  
 Progeniti glaciem gestatis corpore toto  
 Summitis hinc miseris inimico a sanguine poenas

## De bello

Me tutus uiuas fatales stamina parca  
Me tibi deducant in longum candida tempus:  
Sic fatus densum strictis mucronibus agmen  
Quod circum regem se se diffuderat omnes  
Ut belli pestes arceret. & impia fata  
Diffidit: hos feriens letali comminus ense  
Eminus hos hasta: multos simul ad styga mittens  
Semineces Linquens multos: sex lldua natos  
Quos patre Burano dederat foecunda: Nemausus  
Vrbs cenosa nimis. riuus qua surgit aquosis  
Arduus assurgens congressu sustulit uno  
E medio ueluti subita conuulsa ruina  
Montis ad ima ruens excelsi maxima moles  
Et siluas & saxa trahit. pecudesq; domosq;  
Excutitur tellus resonant loca summa fragore:  
Non aliter Turcus nostri sol splendidus æui  
Gallorum densosq; globos: turmasq; trahebat:  
Nec non ductores alii quos ante Rhodulphus  
Sublimi deuectus equo. Fauiumq; lacumq;  
Landulphum Sabarim. Vasconaq; Triptoleumq;  
Innumerosq; alios nigro demiserat Orco:  
Improuisa micat iuuenum manus ecce furentum  
Circuit ac illum: torquet quis missile ferrum  
Quis lapidem: longa pugnat quis sedulus hasta:  
Obtegitur coelum iaculis: cadit areus imber:  
Voluitur ille furens. centum simul & capit ictus  
Oppositi uallo clypei: gladioq; rotato  
Amputat ora. manus. furas. & pectora: turpi  
Sternuntur sanie deformes æquore trunci:

Dis. Postquam gall. in  
der. au.

Tarrenti.

Post tamen ingentes clades: post funera multa  
Cæsus mille locis animam per uulnera mille  
Decidit expirans: oculos clausere tenebræ:  
Parte alia pugnans iuuenis Mauortius Hector:  
Hector præstanti uirtute & fortibus armis  
Hectora magnanimum superans quo sæpe superba  
Troia Mycenæos non formidauit Achiuos  
Mucrone ad pectus sublato cæsus. ut hastam  
Nunc eques apponit: celerem calcaribus egit  
Acer equum: Gallumq; petens qua gutturis ima  
Pars premitur totum iugulo sub condidit enses:  
Corruit ille uomens atrum cum sanguine uentum:  
Post Canium qua se laterum iunctura recuruat  
Abscidit effuso ceciderunt frustra cruore:  
Vicanos pedites & quadrupedante tumultu  
Insanos equites totidem sub tartara misit:  
Magnanimi mores imitatus & arma Rhodulphi  
Quo genitus Martem sequitur non degener heros:  
Nomen Alexandri iuuenis qui clarus habebat  
Numen & Estensis decus ingens & noua gentis  
Gloria. se mergens hostili sanguine multis  
Vulneribus fossus meliores iuit ad auras:  
Strauerat ingentem telo Rannutius Algum  
Lingonium Rythacemq; pater quos duxerat omnes:  
Vuluius a campis parua quibus arce Tarusco  
Imperat: hos nullus poterat præuerrere cursus  
Nouerat aut aliquis nunq; fallente sagitta  
Rupibus his melius pauidas aut figere damas  
Aut ursos agitare feros: sed nil tamen illis

## De bello

Profuit aut arcus flexi uel spicula cornu:  
Tres cecidere simul: triplex tria pignora funus  
Aspexit genitor: terq; & miserabilis ore  
Intonuit moriens: ruit alto a culmine regis:  
Imperium: nutant fatorum pondere partes  
Gallorum: Lux est hæc ultima credite nobis:  
Vocibus iis pugnans legio sua quælibet arma  
Vertit & hastarum ui tempestatis iniquæ  
Rannuci tua membra petunt: te perforat acta  
Lancea: te penetant conti: te uulnere duro  
Saxa premunt: tundunt clauæ: ferit ensis & hasta:  
Mortibus innumeris & pugna militis omnis  
Ipse cadis: poteras animam melioribus astris  
Reddere nec coelo: nam iustum non fuit una  
Morte mori te qui multorum corda gerebas:  
Ascanius Martis magno de nomine dictus  
Magnanimi multa gallorum: cæde cruentus  
Deflexa ceruice ruit: ruit insula Cynos  
Quem quoq; progenuit Vincentius acer in armis  
Tam tristes miserans casus Perusinus Achilles  
Se iacit in medios hostes: laceratq; foditq;  
Quemcumq; offendit truculento non piger ense  
Separat astrictos cuneos. & dissipat omnes  
Turmarum cumulos: fugit hunc perterritus hostis  
Accipiter ueluti coelo quum lapsus ab alto  
It puidas inter penna stridente columbas  
Hanc rostro fodiens illam pede strenuus unco:  
Diffugiunt aliæ motis sonat arduus alis  
Aether: & obscuri densatur nube uolatus:

## Tarrenſe

Aut quum Lanigeros inter lupus improbus agnos  
Improuiſus adefſt. rabiem ſatiare ferinam  
Et cupiens ſtragem accumulatur contentus ouile  
Vulnere ni totum foedet ſpargatq; cruorem  
Grex tremit. & gemitu fugiens iuga pulſat amaro  
Quæ ſtabulis uicina ſuis ſuper æthera tendunt:  
Tunc Rhodani Rex quemq; uocans: quo tenditis inquit?  
Quo fugitis miſeri? cunctos uos impulit unus  
Ah pudeat: reuocate animos: & ſiſtite curſus:  
Creditis an Timidi pugnare typhoea magnum:  
Centimanum ue Gygem? torſitq; uolatile telum  
In corpus Peruſine tuum uolat acta furore  
Fraxinus in modico: bibit & uiolenta cruorem.  
Conuertunt acies ſe ſe: ruit omnis in unum  
Impetus: ac illum circumdat robore denſo:  
Bracius aſt heros numeroſo fulminat ictu  
Et ſimul incurſans omnes: ſimul increpat omnes  
Gallorum uis hæc ſumma eſt: hæc maxima uirtus:  
Sic decus armorum colitis: ſic martia ſigna  
Amplexi celebratis: agunt ſic prælia fortes  
Intrepidique duces: talis dat gloria laudem  
Me ſolam cuncti petitis: tam dira loquentem  
Verba omnes feriunt: ſe ſe rotat arduus ille  
Corpora multa uirum ſtygii Phlegethontis ad amnem  
Et tumidum mittens. pro uulnere uulnera reddit.  
Omne nocens ferrum ſurit hic. hic crimina belli  
Hic rabies ueſana fremit: fremit ira furorq;  
Turcus adefſt. en Turcus adefſt: ſonat agmine turba  
Non ſparſo certans. audito nomine Turci

## ¶ De bello

Pectora frigeſcunt gallis:depreſſa timore  
Corda tremunt:uolat ille furens & fulminis inſtat  
Nubibus expreſſum fractis:quod deiicit arces  
Immenſaſq; domos rapiens qua; obuia tangit  
Loricasy.clypeos galeas.thoraca.sagittas  
Diſrumpens:neruos ſcindit.coſtaſq; manuſq;  
Deprimit extirpat ſibras pulmone cruento  
Viſcera dilacerat:figit præcordia cadit  
Brachia:detruncat ceruices:amputat ora:  
Dat morti quemcunq; ferit:non funera campis  
Sparsa capit:caſus morientum ſurgit acruus:  
Horret humus ſanie:fluit atro ſanguine Tarrus.  
Exundans:fractis exalpent oſſibus agri:  
Tam diram ſpectans cladem.tot uulnera ſæua  
Gallorum fugit omnis æques:pauet ipſe fugitq;  
Rex ferus:oceanî piceis incincta tenebris  
Nox caput ex undis tollebat:frena tenete:  
Ponite tela duces:animos mulcete feroces:  
O ſortes cohibete manus:ſat clade peractum eſt  
Sanguine ſat.fugiunt hoſtes:uictoria noſtra eſt  
Turcus ait:uictor ſeq; in ſua caſtra recepit.

¶ Finis.

**C**Pylades Pamphilo Saffo:  
Cedite qui latio scripsistis Carmine bella:  
Et quorum celebrat nomina fama uetus.  
**P**amphilus ingenio linguaq; potentior omni  
Diuinum nostro tempore numen habet.  
**A**eneam superat: geminorum prælia fratrum:  
Et quæ gesserunt hinc Socer: inde Gener:  
**A**nnibalem: & quicquid gessit mauortia tellus:  
Præterit hoc uno Pamphilus Octadio.



Epistola Paulina ad  
Catholicos et Orthodoxos  
Christianos in Asia  
Minore habitantes  
Anno Domini MDCCLXXII  
Auctore Paulino  
Episcopo Romano

**C** Virgilio Zauariso Veronensi.

Acundi pete candidam poetæ  
Limen: pieriam domum Thalia.  
Clarus nomine qui sacri Maronis  
Collem phocydís ambulat per altum  
Amphion ueluti lyrae canoram

**f**  
Pertentans digitis fidem magistris:  
Mulcens Aera dulcibus querelis  
Ut flens Ismarium cruenta mater  
Natum: uel philomela triste crimen  
Illum scribere senties cothurno  
Versus uel calabro furore dignos.  
Doctos grandiloquos graues. seueros.  
Cui tu. ne rapiant salariorum.  
Vates. me pueri tegamq; Sombros  
Thuris penula: uel Gari cucullus  
Oro sis mihi censor & patronus  
Nil te uindice Zoilum timebo:

**C** De Laudibus Veronæ.

**o**  
Eronæ quoniam facili describere hitor  
Carminè fecundi rura beata solis  
Lucidos placido uentorū murmure colles  
Antra. lacus. Syluas. Flumina. prata. greges  
Vrbis. & imperiū. Plebis sanctiq; Senatus  
Foedera: legiferi iuraq; sacra fori.  
Tu mihi lesbiacis implesti fletibus orbem  
Numine qui phœbi docte Catulle faue.  
Ore suo faucat roseo quoq; Syluia uati

## De laudibus

Illam mihi pallas: tu mihi phœbus eris:  
Aemathiaë sparfos ciuili sanguine campos  
Bellaq; fraterna qui fera cede canunt.  
Hannibalis sæuas acies: Syllæq; cruenti.  
Et quibus Iliaci res cecidere ducis.  
Intonsi citharæ neruos & laurea phœbi  
Serta: medusæi collis & antra petant.  
Te duce tutus agens tenuem uentosa phasellus  
Per freta. per scopulos. per uada cæca traham  
Fluctibus assurgens primum Bæanace marinis  
Ventorum quum uis te uiolenta ferit.  
Carminibus scribam: quoniam tu solus in orbe  
Inter habes cunctos nomina prima lacus.  
In te nascuntur pisces. qui prandia regum  
Efficiunt. lautas pontificumq; dapes.  
Carpio qui nullis generosus pascitur herbis  
Sed caput auratos fulua metalla cibos.  
O quotiens faciles misit Tritona per undas  
Cæruleum iusta qui freta sorte regit:  
Talibus ut Tethys gauderet piscibus: utq;  
Aequoreas illis nobilitaret aquas.  
Sed cecidit uano solertia quæq; labore  
Ore salis spumas carpere namq; negant  
Viuerè nec possunt alio sub flumine: solus  
Dulcibus hos epulis muneribusq; foues.  
Et similes longis anguillas nare colubris  
Non paruo spectans agmine quisq; uidet.  
Per te fama refert quatum qui retia tendunt  
Ducere sub laqueos millia multa suos.

Veronæ.

Et licet edganeis modico sale passus ab undis  
Non ueniat mollis laneus atq; lupus.  
Est tibi cui uera moti ratione dedere  
Iam dudum prisca nobile nomen aui  
Est cui sardinia nostris gens uicta sub armis  
Ob numerum & mores nomina forte dedit.  
Non aliis Trotas meliores fontibus ullus  
Inueniet: quamuis flumina quæq; perat:  
Iam taceat poenus Romano sanguine sparsi  
Hautit quem princeps maxima fama lacus:  
Atq; noui non plus Comi. qui gloria magna est  
Laudibus immodicis larius astra petat:  
Nec se uulsinii celsum super æthera Tollant  
Nam nimis atra uolans qui petit ille cadit:  
Cur numerare inuat cunctos: tibi deniq; cedunt  
Stagna. lacus. fontes Oceanusq; pater.  
Gobius. aurata. coracinus. nullus. echinus.  
Murenæ. rhombi. mugilis. atq; scarus.  
Quemq; solent claris acipenser mittere mensis  
Ostrea baiano delitiosa lacu.  
Laudentur quâuis multum. poscantur. emantur.  
Et rapidæ largo munere sape gulæ.  
Sic Bænace tuos æquant pater optime pisces.  
Diuitis ut fuluas marmora Gangis opes.  
Hesperidum uincis. uincis pomaria regis.  
Alcioni: campos ridet & ille suos.  
Nascitur & glauca præinctus arundine. tangit  
Ex te qui regnum Mincius ocne tuum  
Te quoq; nobilitant arces pallatia uillæ

## De laudibus

Oppida ridentes inter amoena plagas.  
Garda decus nomenq; tuum. cybeleia turris  
Turritæ sacris ut puto dicta deæ.  
Creditor hic quondam gallos agitasse furorē  
Quæ sua frenato plauftra leone uehit:  
Syrmio molliculi formosus uatis ocellus  
Ismarium pellex ut fera plorat Ithym.  
Passeris extincti qui flet miserabile funus.  
Et nimium dulces concinit ore sonos  
Nec non a riuo miseranda sorte cruoris.  
Humani quæ iam rippa uocata fuit.  
Et qui depositis castrorum Bardocucullis  
Stragula quæ miles picta uocatus habet  
Dicitur hic ficus gignit quos maximus ipse  
Nectare postposito Iuppiter esse solet.  
Parthenii tellus celeberrima fama poeta  
Et quam sydereos. tollit. ad astra polos:  
Pisces. æq; gnidi fluuios imitata lacusq;  
Incola quæ capto moenia pisce uocat:  
Tollitur hic arx quâ Martē struxisse putamus.  
Quū sacra ceterimanus posceret astra gyges.  
An taceam Baldū cedit cui Taurus & Othris.  
Parnasusq; biceps. cythus. olympus. Eryx.  
Dindyma. pidus. Athos. Rhodopes iuga. Thessala Tēpe:  
Caucasus: & montes quos Iouis urfa uidet.  
Phasias huc tenues peruecta draconibus auras  
Collegit magica gramina saepe manu  
Huius & herbarum potuit radicibus astra  
Improba de propriis fixa mouere locis:

Veronæ.

Aefona quum iuuenem fecit iam tempore curuum  
Istius flores culminis arce tulit.

Atq; coronides medica uir maximus arte  
Hippolytum stygiis quum reuocauit aquis;

Facundi nunq̄ socios mutasset Vlyffis

In fauas Circe callida saga feras.

Ad iuga ni calsi uenisset florida Baldi

Quem si tu moueas: nil quoq; philtra ualent.

Nil hecates aræ. mixtis nil sulphura flammis

Nil strix nil pressis dulcia mella fauis.

Nec medici succo possent firmare salubri

Infirmos. morbus quos uiolentus agit.

Vndiq; pastores pecudes ad pascua ducunt

Huius lanigeras. cornigerosq; boues.

Calfa cleonæ scandit quum terga leonis

Phœbus. & ardentes syrius urit agros:

Hinc quod uestinum superat lac nobile. cogit

In massam dura rustica turba manu:

Et quæ Gargaphiæ saltus. siluasq; uirentes

Quæq; tuas Calydon atq; Erymanthe tuas:

Arboribus superat uallem lustrisq; ferarum

Inclyta iam dudum nomine uirgineo:

Est quia succinctæ uel maxima cura Dianæ

Vel quoniam nullo Marte cruenta fuit:

Valle sequebatur iaculis uenator orion

Sape uagas ista retibus atq; feras.

Hac cyparissæ tuis frenabas ora capistris

Cui quondam ceruus mollia natus erat:

Quæ fera mennalios uastabat dentibus agros

## De laudibus

Temporibus primis huius alumna fuit:  
Auritos lepores imbelles currere damnas  
Agmine non paruo qui cupit. ille uidet.  
Marmor habet paruo concertans littore: uel qđ  
De libyco nobis. mittit alumna nomas  
Antra patent tophis: & uiuo pumice tecta  
Et fatyri uobis: & tibi faune domus.  
Gens quoq; multa refert duros uidisse colonos:  
Hac dryadum faciles ludere ualle choros  
Cynthia saepe sui discedens culmine cynthi  
Aereo: nymphis huc comitata uenit  
Vere nouo lasciuia Venus. Blandusq; cupido  
Hac simul amplexi florida rura petunt.  
Vt uarios capiant flores texantq; corollas:  
Vt renouent. laqueos. tela. facesq; suas.  
Non procul est ueniens uallis quā monte Lycei  
Panthenam dixit Pan. deus Arcadia:  
Cuncta suis quoniam uidit pastoribus apta.  
Pro boue quæ poscunt lanigeroq; grege.  
Hac esse: aprii colles. & pascua lata.  
Et liquidi fontes: umbriferumq; nemus:  
Vidimus hic Dryades saltu celebrare choreas.  
Credite Syluestres. uidimus atq; deos  
Vertumnum uariis faciem corpusq; figuris.  
Qui sibi diuina quum libet arte tegit.  
Credibile est & quum pellis pastoria texit  
Te duxisse tuos huc quoq; Phoebe greges.  
Aut saltem uoluisse. Ceres defessa quieuit  
Hic quoq; florentis capta decore loci.

Veronæ.

Quum natam lachrymans totum perquireret orbem  
 A stigio raptam cæca sub antra duce.  
 Et quæ lignorum lini uel munere largo  
 Sedulus: ut fas est. moenia quisq; uocat.  
 Horum sydereæ custos stans arduus arce  
 Nil timet armati tela facesq; dei.  
 Sed cur tam longo complector carmine ualles  
 Ruræq; iam uersus urbs petit alma meos.  
 Vrbs armis. auroq; potens. quam plebsq; patresq; *uirs dypate*  
 Fœdere romuleo legibus atq; regunt.  
 Hic montis spectat qua parte cacumina Baldi  
 Vertice sydereo tollit ad astra caput.  
 Fronte sub opposita plani sedet æquore campi  
 Se tutam muris atq; duobus agit.  
 Et cœlo triplices assurgens subleuat arces  
 Felix sanctæ tuam. Petre beate tuam.  
 Et ueterem dixere patres quam nomine prisco  
 Quum uidet hostiles negligit ista manus.  
 Illi non aries: non torta phalarica muros  
 Glandibus aut possunt funda mouere suis.  
 Arcibus. iis nunq. timuisset uiscera gallos  
 In sua Marte. truci strenua Roma feros.  
 Limpidus hanc Athesis percurrens diuidit urbem.  
 Quilibet aspiciens ut putet esse duas.  
 Sed triplices iungunt pontes. quam flumina scindunt  
 Marmoreis pilis fornicibusq; simul.  
 Mens cadit. ora tacent. torpescunt frigore corda.  
 Deficiunt sensus. ingeniumq; mihi.  
 Scribere conspicui quum uersibus amphitheatri.



De laudibus

Quos citherea petit nobile nitor opus:  
Qui labyrinthicas Minos tibi condidit arces:  
Hoc struxit miro Dædalus ingenio.  
Roma suū non plus iactet. non improba Lēnos.  
Non pharias memphis barbara pyramides  
Qui uidet hanc molem laudat. miratur. & arte  
Humana fieri non potuisse putat.  
Et tamen hanc struxit uicit qui mentora credo.  
Et qui phidiacum iam superauit opus.  
Municipem patriæ uenerabilis ista fuisse  
Veronam sancti monstrat Harena Numæ.  
Tresq; triumphales arcus. famamq; decusq;  
Accumulant urbis doctæ Catulle tuæ.  
Quis dubitat populos illam domuisse feroces  
Illyricos. Rhetos uindelicosq; truces.  
Iamq; Cremona tulit. tulit & uincenia. Mantus.  
Illius & quondam moenia clara iugum  
Et tu Dyrrachium. uos & Taruisia regna.  
Brixia cum populis. Parmaq; uicta suis:  
Hæc quoq; diuerso sacras colit ordine leges.  
Hæc gerit officium consul uterq; suum.  
Iustaq; ueridicus tenet hæc subsellia prator:  
Et quibus est triplicis credita cura fori.  
Aediles curant superum templumq; Ioui q;  
Quæstores iussi publica dona petunt.  
Sauus habet uirgas licitor duramq; bipēnem.  
Clarus eques proprio munere pascit equos.  
Est quoq; qui causis in sauos nunciat hostes  
Legittimis fortes bella mouere uiros.

Veronæ.

Sunt qui sacra canunt non flamen moenades & quæ  
Pectora plena mero sordida Thyas habet.  
Non qui mamurium salii de more uetusto  
Gestantes humeris scuta uocare solent:  
Perpetuum sacris seruans penetralibus ignem  
Nec tibi uirgineus uesta pudica Chorus.  
Nō Mars sœuus habet nō Bacchus: numina ridet  
Errores ueterum sacula nostra patrum  
Sed Iouis excelsi matris qua pectore tantum  
Intacto regem non uiolata tulit  
Est Franci ce tuum qui tollit ad astra sacerdos  
Nomen: habes & te qui benedictæ colit  
Sunt qui cygneas imitantur uestibus alas  
Candidulis. sunt qui garrula pica tuas  
Deniq; sydereæ miles quicumq; tonantis  
Syderibus spectans hic sua templa uidet.  
Zenonis iacet hac uenerabile corpus in urbe.  
Cuius in æthereæ spiritus. arce sedet  
Petrus. Alexander. Maurus. Theodorus. & Anno  
Simplicius. Felix. hac quoq; membra tenent.  
Petrus amore Iouis summi preponere uite  
Qui potuit nostræ tela cruenta necis.  
Quo meliore diu fato melioribus astris  
Producet uitæ tempora lata nouæ  
Est proculus summo qui in sibus. ab æthere nobis  
Post mortem sedes iuit ad æthereas.  
Quid moror. haud animas uerbis æquare beatas  
Cecropii posset musa diserta senis.  
Non patris Aeneæ sæui quoq; prelia Turni.

C De laudibus

Non quæ uictoris Cæsaris arma canit.  
Has igitur taceam bellis & legibus urget  
Dicere me laudes inclyta turba suas:  
Ecce coronatus lauro fortissimus heros  
Dura manu quatiens tela Nouellus adest.  
Hic cum misisset scythicis otomanus ab oris  
Impius in uenetos agmina sæua duces.  
Impulit & multo confodit uulnere. latam  
Atq; suo uictor sanguine tinxit humum.  
Post Decii uelut arma mouens pro fortiter acri  
Decertans patria Marte preceptus obit.  
Et qui iam fractis Marci duetoribus armis  
Inuicti lygurum syderibusq; feris.  
Vrbs regina maris quum iam sibi nobile regnum  
Spectaret populos diripuisse truces:  
Rapta ferox ardens rapuit uir signa caballus  
Victores cogens sub iuga sæua duces.  
Restituitq; ferox ueneto sua regna leoni  
Non uincens longæ callidus arte moræ.  
Sed forti certans bello Carthaginis altæ  
Ut qui fatorum moenia fregit ope.  
Qui quoq; sub uenetis duxit iam regna triūphis  
Gnostia consilio uiribus atq; suis.  
Qui uires Iacobe tuas; qui Martis ab armis  
Cognomen sæuis nobile Vermis habes.  
Ignorat. ualeant. nescit. quid Pallados hasta  
Loricæ. Iaculi Gorgoneumq; caput.  
Franciscus sequitur necnon cognomine Grassus  
Effera qui Martis prælia semper amat.

Veronæ.

*Ornati*  
Dū Marci pugnet p̄ humine: barbaris hoc scit  
Teutonicæ gentis qui tenet imperium.  
Inclytus hic diues. largus. clamensq; probusq;  
Magnanimus bello religione pius,  
Falcifer atq; senex latii de sanguine regis  
Iunxisti socium quem tibi Iane biceps.  
Hic quū parthenopes rex hostibus aurea sauis.  
Sceptra potens rapti posceret imperii.  
Magnus ut Alcides pugnans & fortis Achilles.  
Restituit forti moenia Capta duci.  
Herculis & rupto quum iam p̄ foedere Marcus  
Ferret in inuictum tela cruenta ducem.  
Gentis Marce tuæ ductor sanctæq; magister  
Militiæ solus Bartholomæus erat.  
Ad claros descendo uiros quos legibus olim *scripsit*  
Vrbs hæc ingenuis artibus atq; tulit.  
Te cepola uocant Patauina nunc quoq; gētes:  
Interpres legum iusticiæq; pater.  
Gymnasia nam splendor eras. & gloria uiuens  
Clara sui patriæ fama decusq; tuæ.  
Et tu qui madia soboles de gente nouasti  
Ingenio legum iura uerenda tuo  
Adsit qui tenues umbras exangue uocare  
Phoebæ potuit corpus ad artis ope.  
Arculeæ lux clara domus: doctusq; Gerardus  
Cui cessit medica quilibet arte potens.  
Phillyrides Chiron pœon clarusq; Machaon.  
Herbarum succis tu quoq; Phœbe tuis  
Et tu cui tribuit mons & Cybeleia pinus

¶ De laudibus

Cognomen laudes o Alearde tuas.  
Perlege saepe stygis sanasti regna petentes  
Temporibus quoniam doctus Apollo tuis  
Qui rerum causas nouit mentemq; deorum  
Qui scripsit magni regia tecta Iouis.  
Cultor Aristotelis magni Leonardus ad altum.  
Aethera cum patria se Nogarolus agit.  
Et cui diuinis: latices cadmeia Dirce.  
Et plectrum; & citharam Calliopea dedit.  
Inter castalias celebranda Iliota sorores  
Iam fuit Aonii gloria magna chori.  
Quis Domiti laudes posset celebrare. camenas  
Moenia qui profugas duxit. ad alta Remi?  
Qui clausum cecis traxit te Marce tenebris.  
Ut ualeat Iusus noscere quisq; tuos.  
Perpetuum cineres faciunt post scripta Guarinum  
Eloquium docti quæ Ciceronis habent.  
Nunc quoq; uitali uates qui dulciter aura  
Vescuntur. phœbi plectra lyramq; mouent  
Veronamq; suis sic tollunt uersibus arces.  
Hinc ut parnassi surgere quisq; putet.  
Virgilius sacram delon tenet. ardua cyrthæ  
Tu semper phœbi saxa Iacobe comes.  
Nomine fatidici clarus sed numine Dantis  
Clarius aonio. Quum Cupit amne bibit.  
Et tu diuinum dicunt quem panthea. sacra  
Musarum numen mente q; omne tenes:  
Braue comas hederis ornas tymbracq; uirentis:  
Cendratae resonant ora diserta mei:

Verona.

Crispe tuis uerbis: cæli tibi numina Cynthi  
Tota patens Helicon delphica regna rhodos  
Antoni renouas teneri qui docte Catulli  
Exponens pütri squallida membra situ:  
Rufus apollineæ seruit cui gloria Daphnes  
Pallade qui latia cecropiaq; ualet.  
Grassus amor phœbi: puer & Guarientus auena  
Qui dulci silices. qui iuga cæssa mouet.  
Et tu marmorei cui lesbis amica phaonis  
Cedit & ingenio docta Corynna suo:  
Pymplæi cæso residens in uertice montis  
Taxis ferta tuis laurea laura comis.  
Sunt quoq; qui nostro scrutantur tēpore leges  
Albertus clara clarus in urbe Solon.  
Lafranchina tulit uel quem generosa propago  
Hic noua ueridicus iura lycurgus agit.  
Iusticiæ iustus pater optimus. ille Senatus  
Qui curam sancti qui quoq; plebis habet  
Est quoq; qui pataui sitientes pellere morbos *no*  
Phœbea iuuenes maximus arte docet.  
Sanguine turrigero longis Hieronymus annis  
Ducit ad oppressos tempora lata senes.  
Petrus & Hippocrates qui nunc Antonius alter  
Dicitur: ille tuæ gentis iule decus  
Ambrosius nostro superans podalirion æuo  
Qui renouat fatis stamina rupta feris  
Deniq; grammaticos. medicos clarosq; poetas  
Sydera qui nō scunt: qui sacra iura legunt.  
Hæc habet urbs & nunc superat q̄ pinguiā loeti

## ¶ De laudibus

Vbertate foli iugera Nile tua.  
Bacca uenaphranis nunq̄ sua cessit oliuis  
Bathys in hesperis quas tulit atq; iugis  
Spernit fundanis quæ uina leguntur Amyclis  
Et quæ sub prisco pressa fuere Numa.  
Setia quæ coxit: quæ bacchica rura phalerni.  
Qui bibit istius quod dedit uua merum.  
Veronæ semper uiridis præponit hymeti  
Quilibet. & siculis dulcia mella fauis.  
Tubera. boletos. cerasos. pyra. coctana. ficus.  
Pomaq; tartaræ quæ nocuere dea.  
Rusticus & dulci quæ melle cydonia seruati  
Aurea quæ fuluo pulchra colore nitet.  
Et quæ dant matres. pueris melimela proteruis  
Et quæ sunt ramis persica chara nouis.  
Incultus lato carpit de rure colonus:  
Et passim molles colligit asparagos.  
Aequoream dices quos eduxisse Raenam  
Brumali gaudent quæ quoq; rapa gelu.  
Nascuntur caules sancti medicina Catonis  
In nullo melius gratius atq; solo.  
Purpureisq; Crocus filis. hiacinthus. anethi  
Gramina. narcissus. lilia. menta. thymum.  
Atq; rosæ biferi quæ culta rosaria pesti  
Obscurant glaciem quum fera densat hyems.  
Huic quoq; non desunt morbos curare salubres.  
Quæ possint termæ sulphureiq; lacus.  
Qui sinuesanis non est purgatus in undis  
Qui se phœbeis non bene lauit aquis.

Veronæ.

Quem ualidum baiæ non reddunt reddit & anxus  
Has petat & firmo corpore sanus erit.  
Ignoras quæ sint. disces. calor igneus ardens  
Conuenit ut calidis nomina prebet aquis.  
Quæ miletus habet. tingit quæ uellera conchæ  
Sidonia. fuluis quæ quoq; bathys aquis.  
Et quæ multifidus mittit preciosa Tymaus  
Lanigeræ pecudes quasq; galesus alit.  
Vel quæ Parma tuis nobis dat galica regnis  
Clarus ledæa quæq; phalantus oue.  
Non certant Verona tuis urbs inclyta lanis  
Muneribus cunctis sola beata nites.  
Nobilis: alma. ferax. omni formosior urbe  
Clarior atq; uiris condita. dardaniis  
Syderibus felix lætis. coeloq; salubri.  
Musarum genitrix. pacis alumna pia.  
Iam superas Spartem. superas iam palladis urbem  
Consiliis. bello. religione. fide.  
O Marci genitrix. gemini quoq; candida Plinii  
Simplicitas niueo te fouet alma sinu  
Tantum Marcus amat clamens te: quod sinit ipse.  
Libertate regas ut tua regna pari.  
Fortunata tuos semper spectabis alumnos  
Ducere fœlices aurea sæcla dies.  
Donec erunt armis clari probitate. fideq;  
Legibus & uiuent moribus atq; bonis.  
Quod semper facient. hoc nam felicia signa  
Quæ te prospiciunt & tua fata uolunt.  
Te tantis igitur claram uirtutibus ipse



¶ De laudibus Veronæ.

Aspiciens laudes conticuisse tuas.  
Non potui. sacra non ut mea tempora lauro  
Ornaret docta Calliopea manu.  
Sed quia monstrarem q̄ te uenerorq; coloq;  
Quod uoui templis pectora nostra tuis  
Sunt tennes fateor uersus tamen accipe uultu  
Hos hilari melius non mea plectra sonant.  
Te uolui celebrare: decus memorabile magnū  
Rebus in egregiis est uoluisse satis.

¶ Finis.

Gentis Aquitanæ nec non sine lege phalanges.  
Accurrunt: Rhemusq; asper. Leuciq; cruenti  
Rostratis Veneti concurrere nauibus. ausi  
Cæsaris: & tumidas peritura classe procellas  
Scindere: non domini rerum gentesq; togata  
Non quorum imperio totus uix subiacet orbis  
Non populus. custos recti defensor & equi:  
Non quo Roma caput Venetis leuat ardua campis  
Nec minus Aufoniæ turmatim ad bella cateruæ  
Ordine non aliquo tendebant: Corficus aut quas  
Egregio præstans animo. Vincentius: aut quas  
Ducebat sæuis Rannutius inclytus. armis  
Et quas Gonziaca natus de stirpe Rodolphus  
Viribus insignis: nulli probitate. secundus  
Consilio. pietate. fide: spes altera regni.  
Iane tui: celebrans mores curiūq; Numæq;  
Magna cothurnati non si mihi uerba Maronis.  
Præstaret sæue cui labitur unda Medusæ  
Mæonii si plectra senis. si fila sonore.

**C**Alloquitur librum:

**C**ur semper tenebras caecæq; silentia noctis  
Quæris & obscuris scrinia nostra liber?  
Forte times madida scombros uestire papyro  
Claudere sub parua Cinama fusa Toga  
Forte times nasos: & acuti fulmina dentis.  
Ferreæ: non Timeas hæc mala: tutus eris.

Pro te Taberius: ruet in certamina: quid stas?  
Ille cothurnati plectra Maronis habet:  
Qui quum græca canit: doctis est natus Athenis:  
Romula quum docti natus in urbe Remi.  
Hectora non fugias: pro te pugnabit Achilles:  
Inuicto miles sub duce ferta gerit.

**C**Syluula Taxat amantem perfidia. **C**Elegia prima

Orte putas aliquã tibi mittere posse salutem

Quæ madidis semper fletibus ora rigat.

f Quæ lacerò flammans expirat Corde puella  
Aethera quæ gemitu nocte dieq; ferit.

Mittere si quæris qd possim? mittere possum

Vrunt quæ Calidas pectora nostra faces:  
His ego non Careo: sunt hæc mihi sola salutis  
Munera: uis flammæ. accipe diues eris:  
Non sic Lemniacis ardet fornacibus ætæna  
Quum magis iratus Iuppiter arma petit:  
Arma quibus læuos immania monstra gigantes  
Tartaræ pellat cæca sub antra Stygis:  
Qualiter infœlix uror: nec corpore toto  
Corpus inest: solam me tenet ignis ædax:  
Non Tanais posset glacies: non unda Garunæ

## C Elegia

Non quæ caucaseum nix tegit alta solum.  
Maotisque palus gelidi uel flumina Rhæni.  
Ister: Iberus: Atax: Hebrus: Arar: Rhodanus:  
Pectore de nostro sitientē pellere morbum  
Non mare neptuni quod regit imperium.  
Ut Paris œbalias nunquid Troianus ad ora:  
Me peteres fragili per freta surda rate?  
Per tumidos nares fluctus: ut iungeret una  
Me tibi teque mihi delitiosa uenus?  
Ense tibi pectus foderes miserabile duro  
Indomitam credens me lacerasse feram:  
An me decipiens decerpto ex arbore foetu.  
Inscriptis uenient aurea mala notis.  
Non opus est uerbis: tibi me male sana dicaui  
Fraudibus atque dolis: sum tua: non opus est:  
Sed quid ago infœlix: Scribes quo retia tendas.  
Qui captam laqueis ut fera monstra fugis  
Pastor ut iratum Libyes per rura leonem  
Agnus & ut rapidum sima capella lupum  
Quæ labyrinthæis agidem traxit ab antris  
Illa ego sum sauo sola relicta uiro  
Non tamen expecto bacchum qui foedere iungat  
Me sibi legitimi captus amote tori.  
Stelliferam nec si iuraret uelle coronam  
Funera post nostris imposuisse comis:  
Me raperet nunquam sinerem deus ille: Corona  
Ate missa mihi quæ uenit illa placet:  
Illa placet: non ut prætium munusque decorum  
Sed quoniam ueri pignus amoris habet:

Prima.

Polcat opes geminos ratibus qui tendit ad axes  
Caspia qua tellus fluctibus icta sonat.  
Qua furit ingriphe pugnans arimaspus iniquos  
Qua geta: qua scythico curit alanus equo:  
Inter qua clausus duo littora tunditur isthmus  
Qua Nili tollit Gangis & unda caput:  
Nititur aut varias bello qui uincere gentes.  
Et regni fines amplificare sui.  
Ducat ut ad claros capitolia celsa triumphos:  
Laudibus egregiis atq; superbus equis:  
Oscula quæ teneris libantur iuncta labellis  
Quæq; columbatim murmura blanda sonant:  
Iocundi amplexus strictis qui pectora nodis  
Componant hilares & sine fraude ioci:  
Diuitiæ mihi sunt: quatiat mars improbus arma  
Horrida: foemineum foemina discat opus  
Non decet armatam gladio spectare puellam  
Non decet imbelles hasta cruenta manus.  
Non probo peltatas inter quæ tela catheruas  
Hectore sub forti sanguinolenta tulit:  
Letalem uoluit galeam quia ferre Camilla  
Letalem in galea passa Camilla necem est:  
Quod natura facit rectum est. & maximus ille  
Ille sua geminos qui regit arte polos  
Ii roseos nobis uultus ii clara dedere  
Lumina: quæ phœbi non minus ore nitent:  
Non minus ore nitent phœbi. Quum terga Leonis  
Splendida: Quum Tauri cornua cæssa colit:  
Sub labris biferi posuere rosaria passi

## Elegia

Flórida sub cróceis aurea fila comis:  
Alba ligustra sinus tegerent iussere tenellos.  
Quod uiole niucum quod quoq; pectus ebur:  
Pectore candidulo sparserunt balsama gemmas.  
Alcinoi regis mala. uel hesperidum:  
Vbera q̄ pulchrum est tenera non tacta puellæ  
Tangere: delitias hic habet alma uenus  
Seminat hic flores: iocus: hic sua tela Cupido  
Exacuit Zephyri quum fugat aura niues.  
Diligit insanos & martis amore furentes  
Ah pereat mores quisquis amazonidum:  
Vt fas est ueneris numen uenerabile sanctum.  
More puellari blanda puella Colo:  
Huius ad intextas myrti de fronde coronas  
Limina deuota religione fero:  
Illius & mores imitari conor & artes:  
Sed nequeo quoniam me truculente fugis:  
Me truculente fugis: quam nunq̄ linquere solam  
Per sacra iurabas spicula posse Iouis:  
Per phaethontis equos: hecates per numina centum:  
Tympana per bacchi: cymbala per Cybeles:  
Sed phlegethontæi non tu periure barathri,  
Aut Coeli quēquam Sceptra tenere putas:  
In te quo superum genitor qui cuncta gubernat  
Mittet ab excelsis tela trifulca polis:  
Sub stygias & trudet aquas pelopisq; parentem  
Te uelut aterna comprimet ille siti:  
*In calce metris* Sisyphus alter eris: torques reuolubile saxum  
Et nimio pasces corde proteruus auem:

Prima

Anguibus annexus celeriq; rotaberis orbe:  
Pendebit capiti magna ruina tuo:  
Ira deos tangit: quæ quanto tardior illa est  
Impia maiorem colligit inuidiam:  
In tenues promissa fides euauit auras:  
Diripere leues irrita uerba noti:  
Nunc tibi displiceo turpis modo sæue uidebat  
Quæ iouis atheræi coniuge pulchra magis  
Cui modo cedebat formoso Tyndaris ore  
Et meleagrea quæ tulit arma neci:  
Eurytidos ioles faciem quæ sola nitentem  
Vincebam: nunc sum rustica. tristis anus:  
Nunc agor in sano mentis sine lege furore  
Nunc uideo laruas Tartareūq; canem:  
Miraris quum me linquas scelerate puellam  
Quæ tibi iam uoui corq; caputq; meum:  
Lumine qui gemino chara qui charior umbra  
Es mihi. quo solo sospite sospes ero.  
Thyas ut infani celebrans trieterica bacchi:  
Improba per campos per iuga summa ferit:  
Mœnades ut cinctas quatunt quum uitibus hastas:  
Quum bromium satyri nyctileumq; uocant:  
Currimus huc illuc: nunc me dolor acer in undas  
Hortatur tumidi præcipitare lacus:  
Figere nunc gladio pectus: nunc rupibus altis  
Saxa super rigidi pellere dura soli:  
Summere letali nunc pocula tincta ueneno.  
Siluestres inter nunc iacuisse feras  
Qualiter & quondam stimulis agitata cruentis

## **C**Elegia

Inachis innumeros se tulit ad populos:  
Ostia limosi tetigit dum pingua nili:  
In furias stimulis exagitata trahor:  
Præteritis moerens quum iam furibunda diebus  
Pulsabam gemina sautia membra manu:  
Turbabam crines: spectabam lumine toruo:  
Mussabam tristi tristia uerba sono:  
Mōstrabam tremebūda polos: aduersa notabam  
Quæ mala debebam te fugiente pati:  
Et præfaga mali tunc mens ponebat iniquæ:  
Ante oculos sortis damna futura meos  
In mea quis credet torquebat lumina gorgon  
Anguiferos crines saxificumq; caput:  
Me fera tiphonæ squamosis cincta colubris.  
Ad caua lethææ stagna uocabat aquæ.  
Hinc illinc umbræ surgebant: uoce citari  
Me sensi matris terq; quaterq; meæ  
Nata ueni: timeas sæui nec uulnera fati:  
Nam fato duces nobiliore diem:  
Quid dubitas: alios spectabis mortua soles  
Hic nitet Arctophylax hic Cynosura nitet:  
Hic methymnæum gestauit Ariona delphin.  
Qui placidus summo subleuat axe caput  
Hic Climenes currus quem non bene filius egit  
Sydera flammatis peruolat alta rotis:  
Non desunt flores: & amœni iugera campi  
Quæ Casiam. quæ Thus. quæ meliloton olet:  
Nata ueni: picea iam te uectare carina  
Portitor atra parat sub stygis antra Charon:  
Ibis ad Elyfios fœlicia tecta penates

Primas

Inter semideos conspicienda choros:

Vita tibi dulcis mors hæc erit una. necabit

Viuentem uariis te Cytharea modis

Quæ uenit aueneris telo mors nãq; cruento

Mortibus innumeris surgit ut hydra ferox

Quem petis infoelix nunc narrat in urbe puellis

Incultæ q̄ sis rusticitate fera:

Amplexu q; fouens aliam male fidus amicam

Deridet mores dilaceratq; tuos:

Syluula nunc olidas ad sordida prata capellas

Exigit in mondas syluula pascit oues:

Et gregis horrifonos imitatur carmine cantūs.

Et discit uocem fingere uoce bouis

Nunc sarmeta legit: nunc scindit uomere glebas:

Sudat & induro puluerulenta solo:

Stercore dentatis & purgat ouilia rastris

Cœnosaq; cauans ex scrobe ducit aquas.

Sic famam nomenq; meum: sic improbe carpis.

Et laceras uitæ candida fata meæ:

Semina si scelus est cerealibus spargere sulcis:

Qui Iouis est genitor scelus & ipse fecit

Iugera qui damnat: celestem damnat osirim

Obruit & cereris triptolemiq; decus:

Emonii duxit pecudes ad pascua regis

Lumina qui nobis syderibusq; gerit:

Pan canit excelsi pastor quoq; monte Licæi:

Amphitrionides pauit & ipse boues:

Euandrum quotiens duxisse ad frigida credis.

Flumina: lanigeros aruaq; læta greges:



Elegia Prima.

Prima Venus faciles:tulit inter tela napeas  
Prima domus Gnidæ rura fuere Deæ:  
Herba torus uiolis circum florentibus: Vlmi  
Et Platanus longis regia tecta comis:  
Aucupis hic cautæ contexere frondibus artis  
Indocta didicit linea uincla manu:  
Hortari fortes ad dulcia furta iuencos:  
Pastorumq; rudes sollicitare Choros:  
Nondum callus eryx liquidum super æthera Templum  
Tollebat.nondum limina sancta Paphos:  
Nondum fulgebant auro sua retia fuluo.  
Aurea torquebat tela nec acer amor:  
An quia fallaci fingo non arte capillos  
Sedula non emptis utor & ipsa comis.  
Nec scio pallentes phuci medicamine uultus  
Tingere:crescentes nec refecare pilos:  
Pellere pannosas lomento pectore rugas  
Et ueneto sordes emaculare luto:  
Murice nec uenio scythicis nec splendida gemmis  
Nec mea baccatum colla monile tenent:  
Deformis uideor:si munera quaris avarus  
Hec tibi det Beroe frigida uel Niobe:  
Tangere phucatas si te iuuat ore puellas  
Tangere coenosum te iuuat ore lutum:  
Est sua non illis facies:color omnia mutat:  
Ablue quæ magis est splendida forma cadet:  
Me saltem cernes:meus est mihi uultus in ore  
Rustica sum uere te tamen una colo:  
Sed cur multa loquor?uenias aut perfide tandem  
Exequar aut matris lussa cruenta meæ

**Syluula sibi amantem conciliare quarit:**

Ffer Cinyphei caput colubri.  
Et dextrum tumidæ latus rubetæ:  
Cerui cornua fluminis reperta  
Ripa sub uetuli. gregale sulphur:  
Concham Carpathii maris salacem:

Spirantes animas fera. capit uel  
Quæ semper patulo pedes hiatus:  
Quid stas Syluula lenta? quid moraris?  
Iam splendet medio Caper sub axe.  
Iam lunæ tremulum iubar silentis  
Umbras excitat undiq; exquilinas:  
Iam mundus tacet: & pecus quiescit  
Et terræ. & maris omne: quid moraris?  
Glauci gramina. flebilis Cupressi:  
Frondes spargere. smilacisq; flores:  
Antiquo studeas modo sacrorum  
Et quas montibus arduis olympo  
Ossa legimus & sorore Phœbi  
Herbas iam gemino nitente cornu:  
Misce hæc omnia: Limpida sed unda  
Ter primum ablue: terq; conuocato  
Diæ numine Tartaron regentis  
Vrna pone noua: super cruorem  
Quam tu sedula funde hyrundinum:  
Infantis teneras manus sepulti  
Nunc nunc & leporis femur fugacis  
Quæ clauso simul incoquantur igne.

Clarus uirginæ Liquorq; caræ  
Ponatur: spue ter: uoca sepultos  
Ter manes pia: ter canem trifaucem  
Tres uersus cane quos canit sacerdos  
Quum lustrat triuix deæ sacellum  
Fœlix augurium: uiden refulget  
Ut Phœbe nitido serena uultu.  
Iam iam carea signa fac: cruenta  
Illius iuuenis ferit sagitta  
Qui te: tet facies imago uera  
Est illi similis: placet: sed urge  
Cor sæuum stimulis acus malignis  
Scribas & tetricæ graues Megeræ  
Sub uultu pede sub notas Chymeræ  
Quo quondam gladio scelus peractum est  
In matris caput: in patris prophanum.  
Iam iam tempus adest: simul precemur:  
O qui per tenebras leuis profundas  
Terræ spiritus ambulans Erinnas  
Audes uerberibus ferire solus  
Solut mortiferæ stygis tyrannum  
Dirum pellere: quem uocare uoce  
Non fas est propria: sacer potensq;  
Pectus concute ferreum proterui  
Erronis petat & meos penates  
Fac ut uel rabie prematur acri.  
Et tu rex phlegethontis ad pelori.  
Montem qui properans amore captus  
Duxisti Cereris rapax puellam

Sub caecos Stygii lares anerni  
Pectus concute ferreum proterui  
Erronis petat & meos penates  
Fac ut uel rabie prematur acri.  
Sol fulgens. patarea. Phoebe apollo:  
Pæan. delie. pythie alme uates  
Qui lustras phaethontis astra curru  
Si Daphne placuit tibi proterua  
Pectus concute ferreum proterui  
Erronis: petat & meos penates  
Fac ut uel rabie prematur acri.  
Et tu quæ magicis faues uenenis  
Nostris sydere noctis & susurris  
Phoebe Persephone Diana Luna  
In te si Endymion faces amoris.  
Iniecit facie. manu capillis.  
Pectus concute ferreum proterui  
Erronis petat & meos penates.  
Fac ut uel rabie prematur acri.  
Morbos pellere uel fugare curas  
Qui solus potes. & potes labores  
Mulcere igniferi sequester auctor  
Arcus. bis fate. bacche Liber. Euan:  
Ob clarum Erigones tuæ decorem.  
Pectus concute ferreum proterui  
Erronis petat & meos penates.  
Fac ut uel rabie prematur acri.  
Quam laudant phrygii paphos ueretur  
Extollunt Siculi colunt quiritesa.

Elegia Secunda

O clemens Venus. o Venus benigna  
Si semper foueas sinu potentem  
Pectus concute ferreum proterui  
Erronis. petat & meos penates  
Fac ut uel rabie prematur acri.  
Audite o simul. o simul mouete  
Princeps maxime Pluto. Phoebe. Luna  
Euan. purpureo Venus uel ore.  
Pectus marmoreum dirumq; saui.  
Erronis petat ut meos penates.  
Blandus uel rabie prematur acri  
Fletus comprime Syluula ad penates  
Iam blandus ueniet tuos: amabit  
Te solam: quatiunt manu potenti  
Illi numina iam ferum uocata  
Pectus Syluula rem putare factam  
Iam certe potes: ergo pone sanctis  
Nam fas est: praecibus modum: Valebis:

☞ Magici susuraminis uanitate animaduertens  
Syluula laqueo Vitam finire decreuit. Elegia. ii.

Q Væ non sacra mouët inferni carmina regis  
An poterūt blandæ corda mouere pces  
Quos Hecates cētū n̄ tagūt nūina sensus  
Flebilibus tangent mollia uerba sonis?  
Surdior ē scopulis medio quos æquore clausos  
Percutit æolis pulsa carina notis.  
Quem petis: insanus quum nubila densat Orion

Secunda.

Quum grauis olenio sydere lympha cadit  
Syrribus est geminis crudelior acta procellis  
Elisis quum se tollit harena uadis.  
Sic lachrymas audit truculentæ saxa maleæ  
Naufragio miseros ut scopulosa uiros.  
Mitior est canibus latrat quum Scylla marinis  
Quum uomit acceptas sæua Carybdis aquas.  
Illius sub corde riget lapidosa carystos  
Illius duro pectore dura nomas:  
Qui cupit aut marmor rigidas aut quarere cautes  
Letalis ferri lamina quemq; decet  
Dirigat huc gressus phrygiis quos synnada cæpis  
Quosq; therapnæis œbalis ora iugis  
Dantq; pharos lapides: calybes & norica ferrum  
Antra refert uenis nam ferus ille suis  
Ille maris tumidis in me quo fluctibus orta  
Sensit Acidalii nigra uenena lacus  
Aliger aurato transfixit pectora telo:  
Quo mihi sub paphia qui deus arce sedet  
Quo stipulæ ueluti flammis crepitantibus uror  
Quas fouet: & magno murmure uentus alit  
Arida uel Pinus:mersæ uel sulphure tedæ  
Aut pix:aut medio carea massa foco  
Quo lachrymæ semper madidis sparguntur ocellis  
Larga uelut pressis nubibus unda pluit  
Talibus astra Ionis feriens concussa mouebam  
Robora uicinum quæ gerit alta nemus.  
Tartarei liquidas quatiebam fluminis undas.  
Atq; palludosi lurida prata soli.

## C Elegia

Syluia sed quum me sensisset forte sub umbra  
Qua fundit latis populus illa comis  
Illa tibi quondam fuluo preciosior auro  
Intexens gemina florida ferta manu  
Atq; canens bibulis hæsit quæ flamma medullis  
Quum crines socii uidit & ora tui:  
Nomine sub duro non est qui sæuus & asper  
Dulcia sed ueneris munera blandus amat:  
Non capit infidiis teneras nec fraude puellas  
Sed niueas niuea simplicitate colit.  
Accurrit uerbis: & sedula dixit amicis  
Quæ rabies cæci cæca furoris habet:  
Syluula te miseram tibi quo uiolenta tumultu  
Ira fugat. uires mentis: & ingenii  
Quo furibunda ruis: lex est ubi regula mores.  
Est ubi sedulitas: consiliq; decus.  
Sæpe sibi fingens incommoda multa uoluntas  
Labitur: & uana cogitur arte mori.  
Difficile est sperare. times: quæ semper acerba  
Mutata fieri conditione bona  
Hoc est quod nunq̄ sperat miser astra beatus  
Tangere sed stygii tecta profunda soli.  
Qui semet linquit: sibimet fert arma doloris  
Dans causam damni: damna dedisse putat:  
Anne mori tenere quæris sub flore iuuentæ:  
Nescis q̄ tetricæ fors sit amara necis.  
Comprime iam gemitus: tristes iam comprime uersus  
Desine iam quærula lædere uoce deos.  
Læta tibi ueniet iucundi temporis hora

Secunda.

Sis licet innumeris nunc agitata malis:  
Vt tu mente putas insana:rupibus illum  
Saxosis rabida non genuere fera  
Non meleagrais quæ fulminat urfa sub antris  
Non ætholus aper:marmaricus ue leo  
Non draco squamosus furui non ianitor orci  
Non fera quæ flammâ ore Chymera uomit:  
Sed dubitat qui semper amat: super æthera ducat  
An posito superum rex Ganymede times?  
Hunc:uel ut oebalides tenues iactatus inauras  
Sternatur disco cælus Apolineo.  
Purpurei summat formam uel floris inundâ  
Dum sua perspicua lumina spectat aqua:  
Curribus & gelidum lunæ rapiatur ad axem  
Latmius æthereis ut fuit Endymion.  
O quotiens ueneris dixisti pulcher Adonis  
Alter adest sæuo dilacerandus apro.  
Alter adest crocei quem tollant ad aurea regni  
Atria phœbeum quæ uolat ante diem  
Hippolytum superat formoso candidus ore  
Non tamen Hippolyti pectora castus habet  
Hanc illam sequitur uario lasciuus amore  
Flectitur ut magno pondere lenta salix:  
Aestuat ut timidis agitatum fluctibus æquor  
Quum borreas scythica stridulus arce furit.  
Est mihi trux:aliis posita feritate puellis  
Est pius:est mitis Pyramus atq; Paris.  
Hæc iubet ille deus cœli cui lumina parent:  
Paret auernalis coniuge duxq; domus.



## **C**Elegia

**H**æc ego iam dudum memini uesana timebam  
Quam mihi notus adhuc nõ erat acer amor:  
**S**yluula scribe legens oculis tua scripta serenis  
Mutabit blanda ferrea corda prece  
**A**spera sint quis: uel plus q̄ credere fas sit  
Dura: tamen mollis marmora rumpit aqua  
**A**rdua robustis quercus radicibus hærens  
Extollit ramos quæ super astra suos  
**I**cibus immodicis ualidæ percussa securis  
Eruta frondosum ponit & ipsa caput:  
**A**suescit curui sub pondere toruus aratri  
Glebosam cereri scindere taurus humum.  
**N**on uidit domitos collo quis ferre Chelydros  
Qui portant medio falsa uenena foro:  
**I**ndomitus nunc nũc dominũ qui ferre negabat  
Anxius leo puluere sudat equus:  
**L**ambit securi dextram rabiosa magistri  
Montibus incultis quæ modo Tigris erat:  
**T**empore sublimes ponunt fastigia turres.  
Aequantur presso culmina cælsa solo  
**M**œntia dimittunt præclari nominis urbes  
Cuncta domant cursu tempora longa suo  
**S**cribe: tuis subito motus petet arua querelis  
Præposuit campis quæ Venus idaliis  
**G**rata magis propriis & amica penatibus illi  
Oppositum quis tu male sana putes  
**S**cilicet huic scribam quo rustica dicor & amens  
Accumulat multis qui mea damna malis  
**V**ulnera uulneribus flammæ adiungere flammis

Secunda

Qui petit: ac sanctæ nil pietatis habet  
O rabies immitis: atrox: immanis: acerbas  
Horrida: terribilis: sanguinolenta: ferox?  
Flumina quæ sistit: montes quæ concutit orbe  
Quæ trahit excalfo tela trifulca Iouis  
Tracta premit ponti crescentis temperat iras.  
Excitat igniuomos & phaethontis equos.  
Cornua dat Iunæ quæ uult: data submouet: ūbras  
Tartareas nigro de phlegetonte uocat:  
Subleuat annoium iuuenili corpore corpus.  
Noscat & argentes pingere flore niues.  
Saga nequit iuuenis diram mollire proteruū  
Duritiem: cui me sors uiolenta dedit:  
Gramina non istum potuit quibus æsona quondā  
Phasias infimum docta nouare senem.  
Aut quibus in pecudes Circe mutauit & urfos  
Dulichii socios insidiosa ducis  
Lenirent: magici deridet murmura cantus:  
Et stygis & cœli spernit utrumq; Iouem:  
Infoelix scribam tamen hæc quæcunq; lituris  
Verba uel obscuris commaculata notis.  
Non ut te credam fieri mitemq; piūq;  
Et mihi surreptam ferre salutis opem.  
Sed quoniā spectans post funera nostra: rogamq;  
Hæc: saltem referas Syluia chara uale.  
Chara uale atq; animas inter numerata beatas  
Elysium foelix limen & arua cole.  
Flectere nam postq; nequeo te perfide tandem  
Decreui fatis cedere uicta meis.

## C Elegia

Laurigeros duces capitolia ad alta triumphos.  
Strenuus exuuiis splendidus atq; meis.  
Victor eris: latere dabit uictoria laudem  
Egregiam: magno foemina Marte cadet.  
Peltata Alcides sic uicit Amazona: mortem  
Milite sic forti Pentefilea tulit.  
Gloria non parua est teneram superasse puellam.  
Hoc magni sub se munus honoris habet:  
Talia dum scribo: meditor si uulneris ictu  
Expedit infestos deseruisse dies.  
Robore. uel gladio: faxis: aut igne. uel undis  
Aptius an cogant atra uenena mori.  
Heu cur ambraciae uicinos rupibus agros  
Non colo leucadii rura maligna sinus?  
Me met in æquoreas ueluti: iam lesbis in undas  
Torquerem musis lesbis amica sacris  
Cur summis nequeo salebris Athamantis ut uxor  
Triste sub æolia mergere corpus aqua.  
Exemplum Tribuit mortis mihi nobile Phyllis  
Pendeat longa Corpus ianne Trabe  
Frigida pendeat tibi quæ scelerata dicat  
Blanda cupidinei munera prima iocis:  
Stringentur laqueis stringens quæ colla lacertis  
Hæc sunt intacta candidiora niue  
Dicebas. quis cedit ebur. ceduntq; colustra  
Cedunt candi dulis alba ligustra rosis:  
Oscula quis roseis figebas pressa labellis  
Pallida tabifico sanguine liuor ager:  
Quos similes auro crines laudare solebas.

Secunda.

Improba turbabit motibus aura malis:  
Lumina luminibus clari certantia Phœbi  
Nubila perpetuæ noctis opaca tegent:  
Infoelix nimium: nimium miserabilis illa est  
Quæ ruit in casses non bene cauta tuas:  
Sunt tibi mulcerent. erebi quæ uerba tyrannum  
Arma latent illis perniciofa tamen:  
Sunt oculi cernens quos Culmina cæssa dianna  
Linqueret: ast illis igneus ardor inest:  
Igneus ardor inest penetrans qui uiscera primum  
Exiguus parua deuorat ossa mora.  
Flammiferos manibus iaculos & retia gestas  
Nec minus iis inte cætera membra nocent.  
Talis erat Theseus linoquit qui littore solam  
Tutus ab Ideæ qua. fuit ore seræ.  
Sub iuga qua tauros posuit: uigilemq; draconem:  
Fodit: & auratæ uellera duxit ouis.  
Aesonides: longa patriæ sub tecta carina  
Medeam spreuit: spreuit & Hypsiphylum  
Quæ passa est illi thalamo se iungere: dixit.  
Omnia quæ magni regna Thoantis habe:  
Hunc sperate fidem uobis seruare puellæ  
Quas nunc insidiis fingit amare nouis  
Sydera quum radios spargent tellure sub ima  
Aera quum piscis: quum colet equor auis  
Cum ceruus puidos masilla sub arua leones.  
Pellet: hyems tepidi tempore ueris erit.  
Heu heu cur agiles uolucrum non sumimus alas  
Sumpfit ut annofo sylia proterua patri.

C Elegia

Scylla suo nimium patri truculenta feroxq;  
Gnosiaco nimium Sylla proterua duci:  
Cur non efficiar ramis frondentibus arbor  
Ut coniunx miseri nata simulq; patris  
In liquidum cur me fletus non uertere fontem  
Tristia continue qui rigat ora uales.  
Mors mihi morte foret laquei iueūdior omnis  
Ad laqueum quis me mea fata trahant:  
Desine me mater nota plus uoce citare.  
Iam uenio gnydia uictima caesa dex:  
Iam Phoenissa uelut phrygio deserta marito  
Virgo petam stygios intumulata lacus  
Intumulata petam ditem: quia nostra dabuntur  
Ut iussi rapidis membra uoranda lupis  
Syluia mæsta uale: tristesq; ualete sorores:  
Non procul est leti flebilis hora mei.  
Sis foelix infausta domus miseriq; penates  
Antra: lacus: Syluæ: iugera: prata: greges:  
Et uos syluicole fauni. satyriq; bicornes  
Quæq; iacet uiridi gramine tecta dryas  
Impia commoueant spectacula foemina mollis  
Casta: rudis: simplex: rustica: mitis amans:  
Fida nimis lethes moriens loca frigida quæro  
Rapta dolis magni fraudibus atq; uiri:  
Et tu quem dicunt Parnasi uertice montis  
Pamphile phœbeam sollicitare lyram.  
Infamem doctæ concentu redde camenæ  
Qui tibi charus erat: qui mihi charus erat.  
Perfida scribe sacris semper memoranda tabellis.

Elegia tertia

Scribe precor mortis perfida fata mea  
Tempus adest: teneo iam stupea uincula: matris  
Exequor & tristis iussa cruenta mea

AD ANTONIVM MONTANARIVM. Elegia. iii.

**T** V qui tartarei spectant quæ lumina regis  
Noscis: & excalfo signa locata polo:  
Cur mouet arctophylax tā lenti sydera plaustris  
Cur nō Oceanū parrhasis Vrsa bibit  
Quæ graias helice ducat Cynosura carinas  
Sidonias anguis qua leuat arce caput  
Anguis in arctos sinuosa uolumina sedes  
Qui torquens scythicas implicat orbe domos  
Minois nitida quo splendeat axe corona  
Splendeat auritus qua quoq; parte lepus.  
Qua surgat delphin phœbi qui captus amore  
Vexit arioniam per freta surda lyram.  
Obliquosq; notas motus. celer aurea Titan  
Quum phaethonteis peruolat astra rotis.  
Nunc Athamantei currens ad limina tecti  
Limina phryxco nobilitata duce  
Nunc Europæi scandens iuuenilia tauri  
Cornua quo uario gramine floret humus:  
Tyndaridas uel quum poscit foelicia nautis  
Sydera: uel cancrum feruidus octipedem  
Feruidus Herculei flagrantia terga leonis  
Virginis ora piæ brachia læua feræ  
Non latet ægoceros gelida quem frigidus urna

**C**Elegia

Frigida:chironis spicula semiuiri  
**Q**uem caper hesperia nec praterit arbiter undæ  
Quem boreas piscis quem uidet atq; notus  
Deniq; mente tenes totum qui maximus Atlas  
Axem humeris potuit quem tenuisse suis  
Eripe me laqueis: & iniquo carceris antro  
Da remos nostræ lætaq; uela rati  
**T**  
**T**u mihi Typhis eris: Záchleæ môstra charybdis:  
Te duce Scylleos & superabo canes  
Remigibus surdis nec uos acheloia proles  
Aggrediar cautus: sat mihi ductor eris  
Forte petis. qua me posesis ratione iuuare  
Disce: Cupidinea uulnere læsus amo  
**Q**uam non humani dominam genere parentes  
Sit licet auricomis æquiparanda deis  
Sed salebrosus athos: glacie sed caucasus horrens  
Sed iuga centimani tincta cruore gygis  
Dindyma letifera ferus & sub rupe Caphareus  
Horrida naufragiis atq; malea suis  
Delphica quæq; paros fert & lapidosa carystos  
Marmora quæq; gerit synnada quæq; Thasos  
Dura nimis duro gestat sub pectore: sanguis  
Ferrens illius ferrea corda tenet:  
**Q**uodq; magis mirum est: adamantina uiscera telis  
Omnia qui frangit frangere nescit amor:  
**N**on audit gemitus: miseræ nec surda querelas  
Me fugit: & flammæ ridet iniqua meas  
**F**lectere carminibus tentani: carmina spernit:  
**T**entauit precibus: negligit illa preces:

### Tertia

**I**nstitor est missus: damnauit munera: uestes  
Obtulit huic Beroe: saxa fugauit animum  
**C**urua laboranti ducis qui cornua lunæ  
Auxilium nobis non dare rhombe potes:  
**L**ectæ cytheinis prodest nil herba sub antris.  
Nil prodest lectus Colchidos arte lapis:  
**N**on cruor humanus: rupto non capta sepulchro  
Pallia. de medio rapta nec ossa rogo:  
**N**on uiridis ranæ pellis: non squamma colubri  
Cyniphii frondes non cyparisse tuæ:  
**O** quotiens promisit opem mihi saga: bifformes  
Quæ ualet inferna sede mouere canes:  
**Q**uæ ualet exangues modulatis uersibus umbras  
Iam pridem gelidis reddere corporibus:  
**F**lumina quæ sistit currentia: stantia cogit  
Currere per summas quæ iuga cæssa uias:  
**S**ed nihil est. nõ hâc magicæ modulamina chartæ  
Nec flectunt stygiis sulfura mersa uadis:  
**T**u mihi dic stellas pharetrati mater amoris  
Quas colit auspicio quum gerit arma bono:  
**A**n radios trino sumens exordine claros  
Spectat apollineæ lumina fulua comæ:  
**A**n patris alta petat subsellia: uel tua Phœbe  
Cornua. quæ ficto pressa dracone cadunt  
**H**oc mihi si dicis: si saxea corda puellæ  
Tempore legitimo posse mouere doces  
**Q**ui berenicæos descripsit in æthere crines  
Antoni uates maximus alter eris:  
**N**ec nimium ludens spes me foelicibus horis



Elegia Quarta.

Protrahat in longas desidioſa moras  
Nam quem flâmiferis igné uomit æthna caminis:  
Ictibus innumeris quum magis antra ſonant  
Exiguus calor eſt ad noſtræ incendia flammæ  
Quam nimis exhaustus uix tollere queo  
Ergo age penniferam nobis dent aſtra ſalutem.  
Candida: nam bis dat munera: qui cito dat.

De cæna Syluiæ.

Elegia quarta: *Deſ. uollet auſſi omnia  
ſeſſellm gæbus*

D cænam quum me mea Syluia ſæpe uocafſet  
Affirmans lautas compoſuiſſe dapes:  
Acceſſi tandem uictus prece: pollicitiſq;  
Hæc erat. hæc menſis cæna parata ſuis.  
Illita palladio uiridis lactuca uenaſro  
Mentaq; ruſtatrix: bulbus & herba ſalax:  
Prototomi: maluæ: caules. brumalia rapa  
Coxerat hæc humor feruidus: illa cinis.  
Oua ſaguntina leuiter uerſata patellas  
Cingebat rutæ quæ coma multicomæ  
Et cæretanas pingui ſuperantia pernas  
Tergora candiduli cum petafone ſuis  
Hadus ab hiriſutæ raptus modo pectore matris  
Quæq; ſuo uolucris nunciat ore diem.  
Poſt ſeruata diu Theſeo nectare poma.  
Et manibus lactis maſſa coacta ſuis  
Tubera. boleti. pira. perſica. coctana: fructus  
Quoſq; uirens ſemper Pallados arbor agit.  
Et capitis porrum ſecti quoq; nomina fili

Quinta?

Quod gerit: & foliis alia cana suis  
Massica fundanis non quæ generantur in aruis:  
Sed quæ de cella sumpserat ipsa sua  
Preparat hæc mea lux dum Syluia: flumine multo  
Pisce gerit plenas rusticus ecce plagas:  
Tunc ego canavi sine litibus atq; tumultus  
Fecerunt gratas basia mixta dapes.  
Ipete nunc procerum mensas: argentea uasa:  
Sumen: aprum: mullos: ostrea: liba: lupos.  
Toxica quo timeas: quo sis seruire coactus  
Diuitis & fastus imperiumq; pati.  
Non coenat quisquis seruit timet: inuidet: odit.  
Semper enim plenus non satur esse potest. <sup>AB</sup>

¶ Bartholomeo Vico.

¶ Elegia. v.

Aenosas habitẽ ueluti cur rana paludes  
Sunt ubi muscoso lurida prata situ  
Stridet onocrotalus patulo qbus. oris hiatu  
Improba strix: anser: noctua: mergus: anas  
Frendit aper: gannit uulpes. trux sibilat aguis  
Exululant pecudes dilacerantq; Lupi  
Bartholomeæ petis. Verouæ moenia circum  
Cum sint tot læto. iugera culta solo  
Vitiferi colles Thyasos ubi ducere Baccho  
Moenades & satyri Thyas & ipsa solet:  
Aemula quiq; serunt Campano uina phalerno  
Quæ premit aut prælis setia clara suis  
Bacca uenaphranum superans ubi crescit oliuum.

F

## **C**Elegia

Et quæ lucullus poma tulit cerasi:  
Pruna damascenis ut quæ mittuntur ab ortis  
Poma quibus cereris sub styge nata manet  
Gignit adoptivus quis dulcia persica ramus  
Maternus pueris & melimela feris  
Aurea massylli uincunt quæ poma draconis  
Et tulit Alcinoi quæq; beatus ager  
Nascuntur ficus calphurnia marsica nigra  
Rugoso similis cortice Chia seni  
Tubera boleti fructus uel deniq; cuncti  
Semine uel plantis quos nouus annus alit  
Benacusq; suis surgit qua molliter undis  
Parte licet quatiant hunc aliquando noti  
Hic calamo tacitos hic lino ducere pisces  
Flumine non alio quos alit unda potes:  
Carpitur hic fuluo qui tantum pascitur auro  
Fertur ut anguillæ Laneus atq; lupus:  
Et cui forte dedit uenalis nomina sardus  
Atq; alii grauis est quos numerare labor  
Qui colitur phariis tantum Coracinus in undis  
Murenam uel quam sicelis hora probat:  
Nullius his confer precii sunt stagna Palamon  
Postpositis bais Glaucus & ista colit:  
Insula molliculo nec non celebrata Catullo  
Et quæ piscosis nomina ducit aquis:  
Sub cunis primas & quæ sensere querelas  
Parthenii flentis rura beata mei:  
Vallis & armorum nullo concussa tumultu  
Virginis intactæ quæ puto nomen habet:

## Quinta.

Illic temperies illic purissimus aer:  
Illic sunt fontes. iugera. prata. Lacus  
Hac canibus Lepores agitant. hac retibus apros  
Hac uisco cupida decipiuntur aues:  
Non procul Arcadico panos de nomine dicta  
Seu q̄ dilecta est omnibus illa deis:  
Altera uallis adest celeri Dietyнна sagitta  
Hac uisa est puidas pellere saepe seras:  
Ludere cū nymphis Athesis post flumen amoeni  
Qui placidum nautis praestat amicus iter:  
Inter qui mediam Veronæ labitur urbem  
Regnaq; multa fluens deliciosa facit:  
Quid moror inumeris cū sint loca sedibus ip̄o  
Tyburis Herculei nobiliora solo:  
Noscimus hæc: sed si fuluas Pactolus harenas  
Diuitias Ganges spargat & ipse suas  
Si Tagus his regnis. si diuitis aurea crassi  
Munera si cupidi sint præciosa Midæ:  
Nō mea sunt: possum nō hæc ego liber habere:  
Adde q̄ hic captum me tenet alma Venus:  
Syluia sub madida uacinia nigra palude  
Gignit. & in medio Lilia picta luto:  
Et facit Elysios limoso in iugere Campos.  
Libertas precium uincit & omne Venus:

**C**Elegia Sexta.

**C**Auspicatissimam mortem esse quæ ad melioris uitæ oblectamenta nos uehit ad Franciscum.

**C**Elegia sexta.

Quo letalis honos. miseræ quo gaudia uitæ.  
Mortales sæua nos fera lege trahunt?

Quo ruimus cæci rebus spes uana caducis  
In quas non clades armaq; dira rapit?

Credimus implumes sumptis ut Dædalus alis

Ire per excelsi regna superba Iouis

Credimus in fragili palatia condere uitro

Atq; paludoso firma locare solo.

Spargimus in sterili focundum semen harena.

Sulcamus fesso marmora dura boue:

Vt messes portet siculas uolat ille Carybdis

Per tumidæ fluctus. per uada cæca rate:

Ille Tyron rapidi per tot discrimina ponti

Vt sua purpurea corpora ueste tegat:

Exardet flammis alius quo splendeat auro

Quas plaga phœbæis ignea spargit equis:

Hic niue frigescit gelida. quæ Caucasum urit

Quæq; borystheneis subriget alba iugis.

Audet ripheæ superare cacumina rupis

Alter & in scythicas tela mouere feras:

Non satis est petimus recutitæ littora gentis

Basama quo nobis luxuriosa fluant:

Quod modo triste cadet fiet quod putre cadauer

Sub madido claudet parua quod urna solo:

Vngimus infirmum precioso corpus odore

**Elegia sexta.**

Nil profecturis spargimus atq; rosis  
Non tantum quæ uere suo de germine crescunt  
Sed quas ægoceri ius pluuiialis agit:  
Pròh quantū scelerata potest & sæua uoluptas  
Parturit hæc flores quum fera sæuit hyems:  
Dat boreæ munus Zephyri quod ferre tepêtes.  
Tempora legitimo foedere certa iubent:  
Inuenit nardi spicas inuenit amomum  
Et quæ dat cosmi munera largus onyx  
Collegit myrrhæ lachrymas. opobalsama costū  
Et casiam & rubri lutea fila croci  
Et medicæ præstat quæ semina Iuppiter arti  
Ad ueneris luxus desidiosa tulit:  
Sancta deos non ut celebret pia thura sabæus  
Quæ legit exquirat quæ quoq; messor arabæ:  
Hæc mensæ Libycos ponit sub pondere dentes  
Hæc nemoris mauri filia Grispa cadit:  
Aedificat clarum Thebano limen ophite  
Atria mygdonio marmore pulchra tegit:  
Martis ad insanum populos uocat una furorem  
Dira cruentatos pellit ad arma duces:  
Viribus istius romanos Sylla quirites  
Fecit atrox tristi se lacerare manus:  
Hæc duce cadmeæ uiderunt prælia Thebe  
Sanguine fraternæ quæ maduere necis:  
Cæsar & a Rhodano ueniens repidoq; Garūna  
Non timuit patriæ iussa uerenda suæ  
Non generi uires sancti non sancta Catonis  
Pectora .non magno credita templa Ioui

## C Elegia

In pia dilectæ scæuit Nero uifera matris  
Viscera quæ coluit dilacerauit atrox:  
Tollite marmoreas cæsum super æthera sedes  
Mortales. claras ædificate domos?  
Torquibus auratis & cingite colla smaragdis  
Splendeat in uestra plurima gemma manu:  
Plurima sub cæca sextertia claudite testa  
Sub testa clausis parcite diuitiis:  
At fera non parceret uobis mors uasa sorores  
Aurea lanificas donaq; nulla mouent:  
Semper lethali deducunt pollice fila  
Donec adest uitæ quam statuere diem:  
Tunc licet argentum Cræsi: uel munera crassi  
Diuitias. cupidi cunctaq; regna Midæ  
Possideas. nihil est. aurata monilia rident  
Et rumpunt tetrica stammina pulla manti:  
Dantq; modum rebus mors fulmine pulsat eodẽ  
Ora ducis magni pauperis atq; caput:  
Non potuit Priamus uenientem munere largo  
Pellere. non gemmis Attalus ipse suis  
Non qui parthorum cecidit sub Marte cruento  
Non ferit hæc posito Casare Fabritium  
Aspice pyramidum molles quas nilus inundat  
Quas boue plorato barbara turba colit:  
Sordidus & cæno putris qui clauditur illis  
Paruus & angusta qui latet arce cinis  
Viuebat magnis quondam sub regibus ille  
Inuictus. præstans. strenuus. atq; potens:  
Ite duces Martis scelerato quarite bello

Sexta.

Moenia quæ poeni: quæ garamantes habent  
Quas ruber indus arat terras: quo sarmata campo  
Pascit equos. Tanais quas rigat unda domos:  
Sunt ubi massagetes: sæuamq; typhoea cogit:  
Inarime magno qua Iouis imperio:  
Gentibus inuictis phœbi quas circuit orbis:  
Quas gelidus boreas: quas ferit atq; Notus  
Viuetis lati? uobis aconita parabunt  
Vxores natis quo tribuantur opēs  
Et populi quos facta iuuat nona cernere sumptis  
Vos fodient aruis. exitioq; dabunt  
Vel si quisq; colet placidus uos: non colet illa  
Omnia uulnifica quæ fera falce secat.  
Vita fugit uelox celeri pede labitur annus:  
Funereos cuncti uertimur in cineres:  
Nos cruciant morbi: rixæ: furor: arma: uenenum  
Insidiæ: fraudes: furta: rapina: doli  
Fluctifonas igitur citius qui deserit undas  
Huius & infani perfida saxa maris.  
Has fugit & clades. aliis foelicior ille est.  
In teneras ut qui currit ab igne rofas  
Tu Franciscæ doles: mundi quod labe soluta  
Deposuit corpus candida Paula suum  
Istius arūnas fugiens. & tristia uitæ  
Vulnera: quæ claro lumine clausa latent:  
Fles q; scyllæas cautes: cyclopi & antra  
Liquerit: horrendi littus & antiphatis.  
Centaurusq; truces: hydram: triplicemq; chymeram  
Quodlibet & monstrum: quod ferus orbis alit:



## C Elegia

Fles quia nimbifonis non est obnoxia uentis  
Nec timet ardentem quum canis urit agros:  
Pallados armisonæ gladios. pestesq; malignas  
Quæ ieiuna fames dat mala quæq; sitis:  
Nec petit in molli deponere corpora lecto:  
Ut sua nocturna membra quiete leuet:  
Impie tristaris. tristem q; sugerit aulam  
Tristitia: Luctus nigra q; antra grauis:  
Conqueror in tumulo. dices: quia frigida cæco  
Clauditur: ad superas non reditura domos:  
Fungitur in numero charæ nec munere: uitæ  
Non ualet aut roseo dulciter ore loqui:  
Cernere non oculis quibus aurea lumina pulchræ  
Cædebant Veneris coniugis atq; Iouis:  
Solis & astriferum cœli qui circuit orbem  
Quum magis ardentem sub iuga ducit equos:  
Colla super croceos nec spargit eburna capillos:  
Nec mouet ut teneros casta Diana pedes:  
Inter quum nymphas positus it læta sagittis  
Siluicolas. cynthi templaq; summa petit:  
Non mihi blanditur. non ridet. solus in ignem  
In lachrymas solus. in mala cuncta trahor:  
Me genialis habet thalamus. sub tempore solum.  
Nocturno: ludunt somnia me miserum:  
Quid faciam? tenues moriens iam soluor in auras:  
Sum genitrix natis. sum pater atq; meis:  
Vrta breuis tantum. quod erat mortale caducum:  
Quod fragile. infirmum. debile clausit onus:  
Spiritus elysias sospes migravit ad arces

Sexta.

Semper ubi flores tempora ueris alunt:  
Ismarii semper flet pellex Attica regis:  
Triste scelus. natum flet quoq; mœsta soror  
Aurea peruigilis pendent ubi poma draconis  
Et tulit Alcinoi quæq; beatus ager:  
Lelbia pampineos spargit methymna racemos  
Spargit campanis setia clara iugis:  
Lacte fluunt dulci uel flumina nectare plena  
Flauaq; de uiridi mella cadunt ilice:  
Nunc legit illa thymū. uiolas. meliloton. anetuni  
Temporibus texens florida seta suis:  
Nunc cerasos dulces: nunc dulcia persica carpit:  
Nunc ficus lacerō cortice nectareos:  
Nunc patulæ recubans uiridi sub tegmine lauri  
Penelopi narrat q̄ sibi charus eras:  
Secula quum niueis tecum signanda lapillis  
Duceret. & quantum te quoq; diua colat:  
Audit & Euadnem grati quæ facta mariti  
Approbat. & castam casta pudicitiam:  
Portia de Bruto loquitur. de iulia magno.  
De sibi dilecto Laodomia uiro:  
Non canit Aeneæ flammas: sed fata sichei  
Quæ rapuit largas Pygmalionis opes:  
Componit Veneris lectas simul Aria frondes  
Cingat apollineas ut tibi Pæte comas:  
Inter tot flores. & amœni gaudia ruris  
Inter tot lætos non tua Paula iocos  
Ducere sorte sua foelicis munera uitæ  
Obtusa quæ lacerant uulnera corda. pote ff.

**C**Elegia

Ob lachrymas semp̄ madidis quas spargis ocellis.  
Ob gemitus tristi quos uomis ore graues:  
Desine: si pius es: cineres uiolare beatos  
Coniugis & manes sollicitare tuae:  
Et fortunatas inter sine gaudeat umbras  
Dona ferens. mores quæ meruere boni:  
Recta fides. clamens pietas syncera uoluptas  
Ingenium solers. mens proba. castus amor  
Te rogat ut tantum deponas corde dolorem  
Est quia: non ut tu: mortua: forte putas:  
Nec iacet in tumulo: uiuit melioribus astris  
Sed trahit & fato nobiliore dies:  
Pone modum lachrymis igitur. nam q̄cqd̄ in orbe  
Nascitur: inuicta mors rapit atra manu.

**C**De Bello Galico. **C**Elegia. vii.

Allica turba ruit. strident clamore gebennæ  
Horrissono. stridet Rhenus: Hiberus. Atax  
Indomiti longis armantur Lingones hastis  
Ferreâ peltatus gæsa rutenus agit:  
Splendidus auratis fulget Tarbellus in armis  
Virget anhelantes Neruius acer equos:  
Santonicas ad bella uocat Mars undiq; gentes  
Tundit atrox iani limina clausa furor:  
Pallet luna. latet phœbus: gemit arduus æther  
Flens uelut & largo flumine spargit aquas:  
Pharsaliæ mugit campus thrasymena queruntur  
Littora. Leucadii flet grauis unda freti

Septimz.

Allia flet. sæuo miseri sub gurgite manes  
Cannarum in tumulis bellica sinistra crepant:  
Oculit ora pater flauis tyberinus in undis  
Ne uideat lati maxima dâna sui.  
Non athesis placido uitreus perlabitur amnes:  
It phaethonteus per sata lata padus:  
Italiae cladem coelum. mare. terra minantur  
Incluta sub gallis urbs caput orbis erit?  
O pudor o facinus miserabile triste cruorem  
Humanum sitiens gens truculenta serox:  
Nescia iustitiæ superis inimica Iouiq;  
Quæ rexit Cæsar regna beata reget?  
Pande tui tandem rex inclute pande Leonis  
Cui parent Veneti signa uerenda duces:  
Agmina nam solus superabis barbara reges  
Italiae sæuo te sine Marte cadent:  
Parthenopes quâuis sit rex fortissimus: acer  
Herculeo uel qui nomine sceptrum tenet:  
Anguiger atq; potens ductor tirrhenaq; bello  
Gens fera semideum strenuus atq; pater:  
Hæc tibi laurigeram seruat uictoria pompam  
Sola potest gallos uincere roma truces:  
Sola potest merito nunc urbs tua roma uocari  
Hoc Cato uult: hoc uult Romulus: atq; numa  
Es quoniam Augustus uirtute & nomine. roma  
Imperium & uires est ubi Cæsar habet.

⊞ Periclitaturum se asserit nisi Sigismundus  
Gonziacus suppetias uenerit. ⊞ Elegia .yiii.

**C** Elegia Octaua.

ymba procellosis nunquid mea semp ab undis

**C** Acta petet scythici littora surda maris.

Semper & euboicas miseri Palamedis ad arces

Ibit ab aduersis præcipitata notis.

**Ex** libycis nunq̄ me Syrtibus ad loca ducam

Quæ zephyri perflans dulciter aura fouet.

**Antraq;** Cyclopi linguam scopulosa cruenti

Atiphataq; domus tecta superba feræ.

**In** me Cymode ce fluctus mouet: & mouet ino:

In me nereidum Cæcula turba furit.

**Hippotades** uentos claustris dimittit apertis

Quilibet inflato pectore summa petit:

**Ecce** ferus boreas anima quatit alta furenti

Aequora nymboſo sibilat ore notus:

**Eurus** ut ad cœlum ualeat cumulare procellas

Plus solito fluctus fertq; refertq; graues:

**Sydera** cælsa petit stagno Neptunus ab imo.

Iam bibit elatum Parrhæsis uirga fretum

**Iam** se luna potest sociis immergere lymphis

Iam phœbi uasto gurgite nare rotæ

**Franguntur** nubes. fracto micat ignis Olympo

Turbidus horrissona Iuppiter arce tonat.

**Ignea** tela ruunt: flammis & sulphure uela

Corripiant nimia prora dehiscit aqua.

**Vertitur** & nullo spumas salis ordine sulcat

Nullaq; sunt mediis trâlstra relicta foris:

**Abstulit** & decimæ remos grauis impetus unde

Flet timidus lacera typhis & ipse rate

Omnia naufragium letalia damna minantur

Octaua.

Omnia me quatiunt: sydera: terra: mare:  
 Labor ad inferni subsellia nigra Tyranni  
 Ad phlegetontæ limina cæca deæ  
 Porridge quæso manû Princeps mitissime: qd stas?  
 Labentem mediis detrahe me scopulis:  
 Cerno tui radios uultus: non signa laconum  
 Non elice motus non Cynosura tuos  
 Non qui plaustra mouet tardû tam lenta bootē  
 Splendeat arctoi semper ut axe poli:  
 Tu fortunatum sydus: tu murmure perfans  
 Aura leui: tutus tu mihi portus eris:  
 Cærulea currens triton super æquora concha  
 Te pellet tumidos præcipiente notos  
 Te pia leuchotoe fluctus sedabit: & undas:  
 Auxilium tethys te mihi læta dabit:  
 Quod faciet pietas iubet hoc: quæ maxia semp  
 Gonziacos potuit nobilitare duces:  
 Et sincera fides adamantina uincula secum  
 Quæ trahit: & certe foedera legis amat.  
 Ingenusq; pudor mentis: uel spiritus ille  
 Magnificus qui uult nil nisi magna sequi:  
 Quisq; tuos reges iam dudum Pallada noscit  
 Inter cælestes annumerasse deos.  
 Ut taceam multos: Ludouici numen adorat  
 Qui uidet Herculeæ signa locata manu.  
 Caspia quos tellus mittit: quos impia bellum  
 Semper agēs getico terra cruore mader:  
 Atq; tui patris titulos qui sæpe triumphans:  
 Exposuit patrio plurima dona loui:

**C**Elegia. 110

**Se tuus excaesum frater super aethera tollit**  
**Quo maior Princeps nullus in orbe fuit:**  
**Turcus ad extremas agit qui strenuus alpes**  
**Spicula gallorum sanguinolenta ducis**  
**Sanguine Tarrus adhuc exundat: funere multo**  
**Cogitur: & fractis ossibus albet humus:**  
**Exanguis picea manes sub nocte uagantur**  
**Et fera terrisono murmure bella cient:**  
**Seruaui Capuae fines: & rura phalanti.**  
**Quaeque galesse tuus culta rigantur aquis:**  
**Quaeque Venaphrani sub pondere bacca Trapeti**  
**Præfluit. & largis uina falerna cadis.**  
**Impiger. intrepidus. fortissimus. arduus: acer**  
**Magnanimus patriae rexque paterque suae:**  
**De te quid dicam? uirtutum dona tuarum**  
**Qui nescit: fluctus nescit habere fretum**  
**Nescit equos Phoebi uolitare per aurea coeli**  
**Limina. nocturnae nescit & ora deae:**  
**Es facilis: clamens: hilaris: lucundus: amicus**  
**Cum decus: & fas est: sydere quemque foues.**  
**Substantas: pascis: prodes: das munera: uestas**  
**Templa colens: martis spicula ferre potes:**  
**Spicula ferre potes praestantibus inclytus armis:**  
**Sed linquis fratri martia castra tuo:**  
**Hic est uerus amor. pietas. hec maxima: caelas**  
**Et decus. & famae nomina clara tuae?**  
**Clarior ut Turcus pugnet clarisque trophaeis**  
**Solus ut exornet regia tecta magis:**  
**Affer opem nobis igitur. succurre petenti.**

Octaua.

Quaq; soles aliis. hac pietate mihi.  
Te rogo per castæ penetralia sancta Dianæ  
Perpetuos uestæ uirginæq; focos.  
Orgia per Bacchi: flectis per sinistra Canopi  
Tinula: per Phrygiæ mystica. sacra Dex:  
Perq; caput uici meritis quem diligis unum  
Innumeris: uatis doctaq; plectra tui:  
Plectra cothurnati tangunt quæ fila Maronis  
Mæonialesq; uocant ad sua uota deas:  
Ut me Socratici ducas ad pocula fontis  
Pocula Pyndaricis nobilitata sonis:  
Non centum trades Sestertia: non mihi fului  
Persolues auri magna talenta decem:  
Exiguum satis est pretium. quo nobile munus  
Et magnum Princeps maximus unus emes.  
Deuotum pectus. fidei firmissima mentis  
Robora. constantem laudis amore uirum  
Meq; mea; tuum semper celebrare Camenas  
Nomen Apollinea quæ uoluerit lyra  
Donec aget uitæ luces tibi seruiet uni  
Qui mea complectens spiritus ossa regit:

¶ De quadam uetula.

¶ Elegia. nona:

T sibi præstarem. præstat quæ dona maritus  
Vna cum tantum nocte rogasset anus  
Quæ priamū uidit puerū. quæ nestora paruū  
Quæ dixit matrem Pyrrha puella suam.  
Assiduis motus precibus miserisq; querelis



**C**Elegia Nonā.

Intraui parua rustica tecta casa:  
Ante fores cano sus merfa iacebat olenti  
Ante fores cano merfus & anser erat  
Vestibulum pecudes caper atq; capella colebāt  
Buccula uestibulum. limen asellus iners  
Plena domus fumo fumosa nigrior aetna  
Non coleret luctus quā neq; cura uigil:  
Ignis in exiguo languabat stipite paruus  
Languabat madido spurca lucerna luto  
Lusca super cineres canis & scabiosa cubabat  
Muribus & quæ cum praelia semper agit  
Illa suo tenui cathedra pro clune sedebat  
Amplectens gemina lignea crura manu  
Non niueas gestans uittas non splenia fronte  
Succida sed fracti uellera pallioli  
Pannosis mamis. rugoso pectore plantis.  
Immodicis: toruo lumine: crure breui.  
Tales inuidiæ sunt uultus atq; colores  
Quando magis uisa prosperitate dolet  
Talis erat ieiuna fames Erisitona quondam  
Impleuit miserum quum fera peste sua  
Quæ me prospiciens motu se erexit inerti  
Vix tollens longa corpora fessa mora  
Tunc ego calcatum ueluti qui respicit anguem  
Arripui celerem pallidus ore fugam  
Sub styge quū genuit tumidis acherōta sorores  
Anguibus horribiles hanc futuisse puto.

¶ Elegia Decima.

¶ Mitit musam salutatum Veronēses uates. ¶ Elegia.X.

Mea doctiloqui socios pete musa Catulli  
Largus ab aonio qua cadit amne Lacus  
Picta coronatis referens ubi ferta capillis  
Carmen amatori cantat Apollo Ioui  
Prætentat docto querulas ubi pollice cordas  
Pagæsis arguta Calliopea lyra  
Phocidis arua greges pascunt ubi pinguis fontis  
Atq; Medusæi flumina clara bibunt  
Prætoris tanges quum sacra palacia Marci  
Oscula sacratis da pia liminibus:  
Illa namq; domo posuerunt templa sorores  
Bellorophonteis hic fluit amnis aquis:  
Hic qui pimpleis semper spatatur in antris  
Docta Comes phœbi plectra Iacobus agit:  
Hic qui fatidici nomen fert grande Maronis  
Virgilius dulces exprimit ore sonos:  
Brauis iantheas hac conuocat arce sorores:  
Qui Dantis nomen qui quoq; numen habet:  
Illic eloquii Ciceronis flumina spargit  
Dulcia Cendræ florida lingua mei:  
Illic laurigeras intexit laura coronas  
Cui lauros phœbus plectra lyramq; dedit:  
Illic qui stygiis miserum te traxit ab antris  
Sæpe canit lusus doctæ Catulle tuos  
Poplite quos flexo iubeas saluere poetas  
Nec timeas facilem se tibi quisq; geret  
Contractas nulla rugas in fronte uidebis

**C**Elegia Vndecima:

Signa nec in claris dura superciliis  
Tergaq; post longo tibi nulla ciconia rostro  
Excutiet risus excutietq; iocos  
Iustitiam dicas & te duxisse seueram  
Ad sacra prætoris limina ueridici:  
Si quis te nimium ferus & temerarius ore  
Incipiet miseram dilacerare suo.  
Tuta quibus tutæ disponunt ocia gentes  
Musa petas nostri rura beata soli:

**C**Ad Paulum fiescum. **C**Elegia. xi. *Voluptatis pluma*

**P**Aule medusei residēs q; uertice mōtis  
Dulcīa dulcifona carmina uoce cies  
Ismarium ueluti pellex cum cecropa regem  
Non ante auditum flet peperisse nephas  
Vel cum plorat Ithym tristem tristissima p̄gne  
Vel sua cum moriens funera cantat olor  
Hic inter liquidos fontes gelidumq; fluentis  
Leniter ex alto culmine marmur aquæ  
Hic inter uirides laurus uiridesq; cupressos  
Teximus intonsis florida ferta comis  
Pingimus inserta uariis te Paule corona  
Floribus auricomam pingimus atq; rosam  
Narcissum legit hic uiridis legit alter aneti:  
Gramina: uel regum nomina quiq; serunt  
Per niueas fusi uiolas per plena rosarum  
Gramina. per niueis gramina plena rosis:  
Arcadicum tenui celebramus arundine Pana

**C**Elegia Vndecima.

Atq; rudi dryadum religione choros:  
Cornigeri nobis respondent carmine fauni  
Respondent nobis capripedes satyri:  
Vestibus induta niueis sparsisq; capillis  
Naiades alternis nereidesq; canunt:  
Quarunt nos dulci uolucres superare camæna  
Turdus. & humano murmure pica loquax:  
Paule ueni resono. resonat de uallibus echo  
Extremum mortis conscia Paule ueni  
Paule ueni cantant uolucres. ex ordine nymphæ  
Paule ueni socii uos quoq; Paule ueni  
Certant pastores niueo Moelibeus Amynta  
Tityrus & puero cum Corydonis hyla  
Omnibus hic aliis ipsum quod Phyllis amâtem  
Præponit primum q; pia munus agit  
Conuocat ad myrtos uiridiq; sub arbore cantâs  
Hunc fouet hunc tepido gaudet habere sinu:  
Contendunt alii tenere magis esse puellæ.  
Dilectos ipsis q; fata Læta colit:  
Lunatos uult hic depascere gramina tauros  
Ad potum pastas impulit alter oues.  
Instituunt forti clauis pugnare duello  
Miramur fortes bella mouere manus:  
Hic dolat extensum geminato uulnere tergum.  
Oppositum ferit hic terq; quaterq; caput  
Componit lites docto grauis ore Palamon  
Deponunt ualidas robora dura manus:  
Fœdus agunt cytisum carpunt cômune iuuentæ  
Terminus herbosos terminat unus agros:

**C**Elegia Vndecima.

Fistula rauca uocat pecudes ad pascua summi  
Pastorum montes sibila rauca sonant:  
Stridet ager strident scopulosi littora ponti  
Horrissonas uolitans uox caua pulsat aquas  
Furnius undosam speculatur uertice Tethyn  
Dum pisces solita decipit arte senex:  
Quærit & humentem calamo deducere plebem  
Lassat & indoctas decipit unda manus  
Sed bene dicteos æquabis fluctibus hamos  
Quos facit inciso mugilis ore graues:  
Ceruleæ clamant imò de gurgite nymphæ  
Consumptas proprii sanguinis esse feras.  
Quas pater undisono nereus solet eẽ subantro  
In medio doris quas solet esse freto  
Neptunus tumidis turbat freta turbida uentis  
Tritonis celeres stringit & urget equos:  
Et uitreum mediis surgens caput eleuat undis  
Ceruleo tales detonat orbe sonos.  
Quisq; es horrissonis prædã qui ducis ab undis  
Qui capis e mensis dona secunda meis.  
Qui mea cum ferro temerarie regna prophanas  
Qui mea cum calamo trux elementa rapis:  
Improba si post hac spes fecerit æquoris undas  
Te turbare meo gurgite mersus eris:  
Imperium pelagi mihi numina sorte dederunt  
Quicqd alunt pariũt æquora cuncta meũ est  
Siste pater tantas in nos ructare querelas  
Non nos ceruleas depopulamur aquas  
Plebeios tenui captamus arundine pisces.

**C** Elegia Decima.

Est animus nobis ludete non caperes  
**O** furni gracò dixisti candide uerbo  
Cui pater oceanus: oceaniq; pater:  
**O** iuuenes gelidum deponite corde timorem  
Respondit uestrù est quod freta nostra tenet:  
**P**isciculos lento Benedictus uimine torquet  
Linquimus infani littora curua freti:  
**P**er nemus umbrosam myrto per pinea lustrá  
Quis recubat Cybele. quis Citherea cubat  
**T**endimus & triplici pulsamus sydera cantu  
Ille graues. medios. alter acuta canit:—  
**Q**ua modo cristato peperit galina marito  
Candida candidior furnius oua bibit:  
**L**actis plena comes Benedictus uasa coacti  
Voluit. & infuso nectare grata facit:  
**A**t tu febre uiros inter currisq; sepultos  
Incolis urbanos ambiciose lares:  
**P**lebs ieiuna mouet certamina bella: tumultus  
Vrbe uigent rixæ furta rapina doli:  
**C**lamant causidici. clamant ad iura clientes  
Obstrepat infanis litibus omne forum:  
**C**onclamant populi reduces ex aquore pupes  
Venit ab eois illa uel illa uadis:  
**I**nsidias parat ille patri: parat ille sorori  
Deberem si sic uiuere. malo mori:  
**P**aule ueni. liber per libera pascua uiues  
**P**aule ueni. non uis Paule uenire mane

**C**Elegia Duodecima.

Detestatur procaces Iuvenes qui falaces sequuntur puellas.

Elegia duodecima

Vas insane petis rupes: quæ culmina duri

Niteris infirmo montis adire pede

An fortasse putas spartanae saxa Maleæ

Et libicum fragili uincere puppe fretum

Vel quæ Scylla mouet canibus truculenta marinis

Hic ubi nimbonus sydera tangit Erix.

Iam miser æææ petiisti limina Circes

Iam fera Cyclopiæ littora sanguinei

Quæ non consilio linques ut cautus Vlixes

Nam uelut infirmus somnia uana petis

Laberis: & tenui tua gaudia scribis harena

Et sythico firmas lubrica tecta gelu

Quas tibi iunxisti caratas Icarus alas

Soluet anhelanti torridus axis equo

Aliger excutiet summo te Pegasus orbe

Ibis ad infernas Tantalus alter aquas

Fallaces quoniam sequeris scelerate puellas

Et quibus es captus retia cæcus amas

Miles inexpertus nescis quod scœmina telum

Torqueat. & molli quæ gerat arma manu:

His aries cedit: cedit balearica plumbô

Mœnia quæ duro rumpere fonda potest.

Et quæ de summa contorta falarica turre

Quæ ferit. in cineres fulminis instar agit.

Non galeæ durant sæuis non ictibus horum

Bellica qua Pallas pectora casta tegit

**C** Elegia Duodecima.

Loricam siculo nudus coquat igne Pyragmon  
Lemnius hanc mira temperet arte faber  
Et sit foemineis leuiter percussa sagittis  
Fracta uelut saxo fictilis urna cadet  
Exemplum tibi sit geticis Mars saeuus inarmis  
Qui fera stentorea praelia uoce ciet  
Qui potuit pugnans magnus ferus arduus acer.  
Centimani telis frangere tela gygis.  
Spicula non Clypeo. non spicula repulit ense  
Torsit ab auricomae quae puer ore deae  
Iuppiter immensum: qui fulmine territat orbem.  
Fulmineo Gnydii lautius igne dei  
Pastor: auis: serpens: taurus fuluūq; metallum  
Deseruit gemini limina clara poli  
Et prece diuina mortales anxius aures  
Impleuit madidis sparsit & os lachrymis  
Os Lachrymis sparsit: qđ numina cuncta ueretur  
Sydera quae spectant. quae stygiis antra colunt:  
Ingemuit lachrymans nigri rex ferreus Orci  
Tristis & ardenti uulnera corde tulit  
Quid facies igitur tu: quem non dira tuetur  
Mens: neq; bellaces ducis ad arma uiros  
Cara remollesces calidis ut tacta fauillis  
Tacta uel ardenti plumbea massa foco  
Ardebis ueluti iam dudum tacta securi  
Semiuiro Cybeles ligna dicata gregi  
Ah miser: ah demens clausum non respicis hamū  
Quo ruis: in teneris floribus Hydra latet  
Labilis: inconstans: praecipuus mutabilis: ardens:



C Elegia Duodecima.

Infulsa: imprudens: tristis: acerba: ferox:  
Foemina quæq; furit: non curat foedera: leges  
Spernit. auernalis semine nata canis  
Aesoniden docuit presso serpente malignum  
Phalias armiferae tradere semen humo  
Sub iuga flammiumos adamatina cogere tauros  
Victor ut auratae uellera ferret ouis  
Non patris hanc tenuit pietas non iura fidesq;  
Sanguinis: aut patriæ dulcia regna suæ  
Baccatum caperet coniunx ut auara monile  
Iuit ad infernas Amphiaras aquas.  
Tyndaris ad phrigii uultum cor flexit amantis  
Et menelaeam liquit iniqua domum.  
Vertit opes Asiæ: disiecit moenia Troiæ  
Hectora uulneribus sedit: & Eacidem  
Fraude Clytemnestrae clarus mactatur Atrides  
Fraude cadis natae tu quoq; nise tuae.  
Ad Ptholomæeam nam munera transtulit urbem  
Cæsaris: & magni scaptra beata numæ:  
Quæ tenuit Pharium meretrix scelerata Canopū  
Opponens latiis stridula sinistra tubis.  
Sed quid plura loquor? monstris est mitior istis  
Sæuior hircana quæ fera rupe furit:  
Vincla. faces. ferrum. lethalia. spicula. uirus  
Sub roseis claudit quæq; puella genis  
Quo tandem fugias? uariis & fluctibus actus  
Per mare per scopulos littora tuta pete

¶ Elegia Sextadecima

¶ Petro brauo ¶ Elegia.xvi.  
Cire cupis causam uenerem cur pollice dextro  
Indice supposito credula turba colat:  
Accipe pulchra Venusgeminorū mater amorū ē  
Quæ iocus accumulatur: tela cupido gerit

Sunt simul hi iuncti semper feriuntq; petuntq;  
Vel mortale genus: cæssa uel astra simul  
Orta maris spuma ē didicit quæ prisca uetustas  
Iniunctis digitis hinc celebrasse deam:  
Vel quæ sunt geminæ ueneres. hæc præsidet arci  
Syderæ: nostras alterat ista uices  
Quo uocat hanc humilis paruo sub noie uulgi  
Illam sub cœli non sine lege Plato:  
Aut quoniam gemina naturæ dextra potentis  
Seminis immissi ut genus omne creat  
Sit foecunda licet iuncto nisi uacca marito  
Gignet ruricolas adiuga panda boues  
Vellera non capiet. capiet non uillicus agnos  
Si pecudes aries non premat ipse suas:  
Sic pisces uolucresq; solent educere partus  
Sic solet hircanis tigris acerba iugis:  
Et nisi sub plantis latitaret mascula uirtus  
Non starent ramis dulcia pruna suis:  
Non dulces caperet cerasos. non poma uiator  
Non oleum nobis pinguis oliua daret:  
Deniq; luciferis quicquid sub nascitur astris  
Foemina producit cum mare iuncta suo  
Vis paucis dicam? grauis est uis mascula pollex  
Foemineum digitus denotat alter opus

¶ Elegia Decima tertia

¶ Voluptatem ruris ut summū bonum laudat thea-  
tra & Sænas parui pendens. ¶ Elegia. xiii.

Esta theatralis dum uos solennia circi  
Quadriugos hilares exagitatis equos:  
Soluitis & molli pateris trieterica Baccho  
Et personato luditis ore uagi:  
Dum Gaditano Patauinæ more puellas  
Sint licet: & tremulū fas glomerasse latus  
Dumq; iocos cuncti celebratis: dūq; choreas  
Hic nemora & saltus. hic ego prata colo  
Sunt citharæ: cantus uolucrum. sunt atria nostra  
Spelunca. niuæ lintea picta rosæ:  
Sunt satyri comites nobis: fauniq; bicornes:  
Sunt dryadum faciles nereidumq; chori.  
Non hic liuor edax: timidæ non gloria formæ  
Diuitiaq; sua luxuriantur ope:  
Non Veneris sceleratus amor: non cæca uoluptas  
Ad gladios iuuenes ad necis arma uocat.  
Non aliquem qsq; quia sanguine præstat & auro  
Ire urbis media nititur ante uia.  
Sordida non meretrix poscit. non ara cinædus  
Non truculenta timet iudicis ora reus:  
Hæc sunt delicia. sunt ueræ gaudia uitæ  
Hæc sunt non fictis ocia plena iocis  
Hic urbes: illic sunt rura: palatia uestes  
Gemmæ. aurū. populus. gens quoq; clara patres.  
Non faciunt urbem: sanctæ sed foedera pacis:  
Rectus amor: pietas: intemerata fides

**C**Elegia Decima quarta

**C**Augustum non Augustinum inuidiosissimum Venetorum  
ducem nuncupandum censet. **C**Elegia .xiiii.

Emporibus nostris Augusti tempora si quis  
Componat Veneto quæ duce fata trahūt  
Laudibus immodicis quæuis sint iclyta cedet  
Atq; iubente suo Cæsare terga dabunt.  
Augustus pario claram sibi condidit arcem

Marmore:marmoreas hic tibi Marce domos  
Atria quæ fulgent auro gemisq; magistri  
Mentoris egregia nobilitata manu.  
Augustus leges æquas & semina pacis:  
Imperii sparsit per loca cuncta sui:  
Augustinus amor pacis dux ferrea clausit  
Et prorsus texit limina lane tua:  
Augustus uariis clarum uirtutibus orbem  
Inuenit fuluos aurea sæcla dies  
Augustinus atrox dominante libidine ferrum  
Pellere sub cæcum regna uirosq; scelus  
Et tauen hos potuit sancti sub foedera iuris  
Ingenio mores ducere subq; bonos  
Plus est nunc uni leges imponere genti:  
Quæ populis olim totius orbis erat  
Augustus uere est dux hic sanctissimus: ille  
Augustinus erat: nomina iusta date  
O Veneti uestro regi: uirtutibus est nam  
Qui maior: maius nomen habere decet.

**C**Elegia Decimaquinta.

**C**Deflet imaturū funus. Ludouici cendrate **C**Elegia. xv.

Abitur omne quod est: nil stat sub sydere firmū  
Mutantur celeris cuncta sub orbe rotæ  
Sydera nos agitant: ruit irreparabile læthi  
Tempus. habet certos flebilis hora dies.

Vt mare qđ Scyticha boreas quatit acer ab arcto  
Pulsus & aduerso turbidus axe notus  
Flectitur huc illuc. nec habet quo limine sistat  
Fluctibus excussi flumina uasta maris  
Quod genuit p̄prio capitosum sanguine môstrū  
Concutit humanum pestis acerba genus  
Cogitur herculeas pupis superare columnas  
Nostra magis placidum cum ruit are fretum  
Tyndaridas læti celebrant dum carmina nauæ  
Et Neptune tibi soluere uota parant:  
Sol tegitur nebulis: nebulis obducitur aer  
Murmure terrisono stridet uterq; polus  
Ad libycas syrtes. ad rauæ saxa maleæ  
Deniq; turbatis exagitamur aquis.  
Vmbra leuis. somnus fallax. insonnia uana  
Tactæ sole niu es. tactaq; cæra foco.  
Hæc est uita breuis: mortales nascimur omnes  
Ad lachrymas: plorat quum uidet astra puer:  
Multaq; de primis incommoda suscipit undis:  
Mixtaq; cum primo lacte uenena bibit.  
Ad finem properat quicquid de semine natū est  
Humano: sic uult Rexq; paterq; deum.

**Elegia Quintadecima**

**Q**uid lachrymas igitur tristi de pectore tristes  
Petre trahis? querula uoce quid astra cies?  
**Q**uâuis Cendratæ tumido mors atra ueneno  
Clauserit exigua nobile corpus humo:  
**A**n tu naturæ per scriptos flectere cursus  
Posses putas: leges & uiolare sacras?  
**A**n nescis fati non exorabile foedus  
Omnibus æternas imposuisse uices?  
**C**larus erat dices ciuis: clarusq; senator  
Candida foelici iura fouebat aue  
**C**larus Aristides ciuis fuit atq; Senator:  
Et tamen infernas cæsus adiuit aquas.  
**C**omposito. fateor. poterat sermone mouere  
Sæuior hircana quæ fera rupe furit  
**Q**uis Cicerone loqui posset facundius? atri  
Et tamen aspexit regia tecta dei  
**F**ulmine mors uno sublimia marmore tecta  
Pulsat: & angustæ limina parua casæ  
**D**iuces erat Priamus: uidit tamen urbis Achiuos  
Mœnia legitimo uertere calsa solo  
**C**rassus Achemœnis iacuit laceratus harenis:  
Perdidit innumeras & male sanus opes.  
**N**il profunt uestes: nil pingui iugera: tendunt  
Sub styga non uaria diues inopsq; uia  
**Q**uid lachrymas perdis? uitæ si commoda censes:  
Tempore non poterat candidiore mori  
**S**i plus uixisset: fatis oppressus iniquis  
Oprasset stygios sæpe uidere lacus  
**N**am qui præcipitis fastidia ferre senectæ

**C**Elegia Decima septima:

Dura potest: niobes pectore marmor habet  
Infirnum tremulo corpus firmare bacillo  
Vix ualet exanguis: & sine corde senex  
Nomina balbutit: ueros non noscit amicos:  
Tussit: & improprios despuat ore sinus.  
Exultat. ridet. negat. annuit. odit. amatq;  
Vult. non uult. demens: & puer efficitur:  
Adde q̄ extinctus non est: nam fama superstes  
Vendicat a tenebris tartareoq; cane  
Nō uidet obscuros manes: non transtra Charōtis  
Virtus non stygi guttura trina canis  
Sed secū ad superos. animas trahit inclyta sanctas  
Ducit ubi lætos uita beata dies.

**C**In Petrum furacem. **C**Elegia .xvii.

Ernite si primis fertur cuiquēq; sub ānis  
Sors sua fatalis qualiter urna gerit:  
Petrus Auētina mōstro furacior arcis  
Herculeæ captū qđ domuere manus  
Inclusos stabulis nunc clam uix natus & antris  
Ducere nunc uiridi gramine capit equos.  
Quo detentus equo nuper. laqueisq; reuinctus  
Ibat ut ad sacros uictima tracta focos  
In cruce ponendus: iuuenum sed clausa tenebris  
Ecce micat feruens & furibunda manus.  
Licetoremq; petit socios quoq; fortibus hastis  
Ensis & pauidas ut lupo acer oues.  
Agmina miscentur liquidum petit æthera clamor

**C**Elegia Decima

Sicca ferit. penetrat lancea. saxa premunt.  
Cum pede pes iunctus quatitur. cū pectore pectus  
Corda calent. pulsant ilia. crura tremunt  
Strenuus interea repetens fur nomina mortis  
Calcibus assiduis pulsat & urget equum.  
Et subito manibus. dictu mirabile. uinctis  
Et pedibus charos se tulit ad socios:  
Immo domum rapiens tanto discrimine secum  
Ob fera lictoris uulnera flentis equum.  
Captus equum coepit geminam si forte manū quis  
Huic cædat. rapiet. sic quoq; mancus equos.  
O. bene q̄ uolucrum nescit sibi fingere plumas  
Duceret e eælo nam Phaethontis equos  
Mortuus inferni licet hos custodiat Argus  
Rex tibi quadrupedes auferet ille tuos:

**C**Epithalamiū Jacobi Maffei. **C**Elegia. xviij.

Ceani tumidis iā nox caput extulit undis    Iu  
Iam uibrat tremulum candida luna iubar  
O    Ora per obliquos signorum delius orbes  
Et iam sydereis lucida pressit equis.  
Ecce sacræ iuuenes iam uertice se tulit arcis  
Vesper & optata lumina nocte micant  
Nascere foelici nobis signanda lapillo  
Nascere nox clara candida luce magis.  
Cynthius uxorem læto parat omine castam  
Quas tibi legitimis associare toris  
Mittit odoratum tellus Gangetica costum



**Epithalamium Iacobi Maffei. Elegia Decima octaua.**

Quem nobis: & quem rura Cyliſſa crocum.  
Quaq; cadūt ſæuæ lachrymas de cortice Myrrhae  
O pueri foecis ſpargite liminibus  
Iam noua. Maſſæo iunget ſe nupta marito  
Fer ueniens nitidas o hymeneæ faces  
Sol ruit o teneræ ſub doridis antra puellæ **Pa**  
Et redit ad noſtros frigida luna polos.  
Ecce ſacræ comites iam uertice ſe tulit arcis.  
Vesper & infeſta lumina nocte micant  
Nascitur obſcuro nobis ſignanda lapillo.  
Nox auibus ſurgens nascitur atra malis  
Cynthius uxorem trifti parat homine caſtam  
Qua ſibi non iuſtis aſſociare toris.  
Quas tanais ſentes mittit glacialibus oris  
Frigidus amatos caucasus atq; rubos.  
Qualq; colunt nigri ſteriles garamantes harenas.  
Et ſata quod lolium pinguia trifti necat.  
Vrticalq; truces triftiq; abſcinthia ſucco.  
O pueri moeſtis ſpargite liminibus  
Iam noua longæuo iungetur nupta marito  
Fer ueniens cæcas o hymeneæ faces.  
Quid tantum differre iuuat: frontemq; caputq; **Iu.**  
Auricomum ſponſæ flammea rubra tegant  
Pectoris intacti quo denotet illa pudorem.  
Pallados. & caſto munera ferre uiro  
Et uos ferte faces pueri quibus atra parentes.  
Sub ſtygios nondum ſata tulere lacus.  
Et ſimul exhauſtam uiuis de fontibus undam  
Candida quæ nullo ſit uiciata luto.

¶ Epithalamium. ¶ Elegia Decima octaua.

Quo feruens monstretur amor: quo blanda uoluptas  
Mutua quo geminum uulnera pectus alat  
Matris ab amplexu iam se rapit ecce puella  
Fer ueniens nitidas o hymenæ faces:  
Non hæc picta decent mœstos uelamina uultus  
Tristibus haud lachrymis conuenit iste color  
Virgineū cui casta decus seruabit amantem  
An priamum lædæ candida nata petet.  
Ignari iuuenes mentis cur poscitis ignes  
Nunquid caucasea sub niue flamma latet?  
Viderat Alphæi bis ter spectacula sponsus  
Quum cecidit fatis diruta Troia feris.  
Ad uiduas noctes ad frigida tecta mariti  
O bene q̄ gelidas ferre iubetis aquas:  
Matris ab amplexu rapitur flens ecce puella  
Fer ueniens carcas o hymenæ faces  
Vndiq; torquatis sunt culmina tecta colūbis  
Augurio misit quas erycina bono.  
Respice coniunctis libant sibi basia rostris  
Et ueneris grato murmure dona petunt  
Murmure sic blando uestras implebitis aures  
Et dabitis iunctis oscula pressa genis  
O uenias myrto cinguntur tota iugali  
Limina delubris uesta dicata tuis.  
Stragula tenduntur uirides imitantia succos  
Et domus o hymen nil nisi cuncta sonat.  
Talibus auspitiis foelix o Cynthia uiues  
Fer ueniens nitidas o hymenæ faces.  
Garrula flet Cornix: funesto murmure bubo

Pu.

Iu.

Pu.

H

**Epithalamium. Elegia Decima octaua.**

Obstrepat: & carmen noctua triste canit:  
Accipe sub tectis rapto uiduata marito  
Flebilibus muneris athera turtur agit  
Ecce ruit nisus qui uulnere crinis adempti  
In se crudelem dissipat acer auem  
Inter sic lachrymas semper miserosq; dolores  
Aetatem duces Cynthia pulchra tuam:  
O nūq̄ uenias letalis limina taxus  
Exanguis pro te cingit amara senis  
Talibus auspiciis in foelix Cynthia uiues  
Fer ueniens caecas o hymenæ faces.  
Quæ sub uestibulo residēt nō marmora tāgat Ius  
Acta leui superet sponsa sed illa pede  
Ut celebrent fortis solēnia festa quirini  
Hersiliam rapuit uir ferus ille suam.  
Per uim ducatur p̄ uim nisi linquet amati  
Atria quæ nunq̄ deliciosa uiri.  
Cypria tange uirum medicato nectare Casto  
Concilias Martem quo tibi diua ferum  
Semper amet nuptam nuptam sed semper amabit  
Nāq; illi est oculis gratior illa suis.  
Grata uiro gratos intrat noua nupta penates  
Fer ueniens nitidas o hymenæ faces  
Liminibus sistat. foribus uestigia firmet Pu.  
Aeterni timeat sacra nec ulla. foci:  
Casta ueternos odit nam uestia maritos  
Quos semper miseros frigida torquet hyems  
Romani si forte duces rapuere sabinas  
Compare quæq; fuit foemina iuncta suo.

**C**Epitalamium. **C**Elegia Decima octaua:

Non opus est Cæsto gelidas quid tãgere cautes  
Et tenues umbras quid Cytharea iuuat  
Friget iners. tenuis. lassus. grauis. anxius æger.  
Optant robustas prælia nostra manus.  
Grata uiro ingratos intrat noua nupta penates  
Fer ueniens cæcas o hymenæe faces.  
Qui mitylænos pueri superatis ephæbos. **Iu.**  
Et quos Ausoniæ barbara memphis alit  
Spernite. iam fas est. lasciui nomen Otonis.  
Et pathicos mœurs fœmineosq; modos  
Non erumpentem scælus est plus cogite barbaram  
Tondebit uestras iam noua nupta comas  
Psilotrum. cretam phuci medicamen & omnis  
Linquite iam fortes uos decet esse uiros  
Depositis nucibus Venerem uel tollat amicam  
Vel cane dannoso tessera iacta cadat.  
Ecce toro surgit roseo uir: Cynthia gaudet  
Fer ueniens nitidas o hymenæe faces.  
Ora rosas biferi superant quæ lauia pesti **Pu.**  
Et quæ non tactas lactea colla niues  
Atq; comã pulchros humeros q̄ aurata flagellat  
Quæ magis & phœbo limina clara micant.  
Spectabit tanget mulcebit Cynthia uestris  
Et. dabit o pueri florida ferta comis  
Cur uobis longos uellet tondere capillos  
An timet extinctum uos temerare senem.  
Alea uestra nuces etiam sint. nam uenit ista  
Non ut nupta uiro: sed quasi nata patri.  
Ecce toro surgit roseo uir: Cynthia plorat

**C**Epithalamium. **C**Elegia Decima octaua

Fer ueniens cæcas o hymenæ faces:  
Ad nos sydereos quâuis non uertat ocellos **Iu.**  
Candidulo uultus & sibi rore lauet.  
Corde tamen ridet lecto formosa puella  
Ad thalamum sponsi ducier atq; cupit.  
Est mora longa nimis matres iam sydera surgunt  
Atq; intempesta tempora noctis agunt.  
Tempus adest niueis soleas puer extrah e plantis  
Et nuptæ tenera detege crura manu.  
Tendat in amplexus optatos imminet illi  
Vir suus & ueneris dulcia furta petit.  
Nunc nunc uirgo tuis exoluet munera templis  
Fer ueniens nitidas o hymenæ faces.  
Nó leuat ut nitido certâtia lumina phœbo **Pu.**  
Et lachrymis niueas tingit amara genas.  
Corde graues gemitus ducit miserabilis immo  
Ad Thalamum sponsi ducier atq; timet.  
Est mora quæq; breuis: matres cessate: quid astra  
Inspicitis. quæ iam sub Maris antra cadunt?  
Non tempus non iura petunt non fœdera nuptâ  
Effœto teneram concubuisse seni  
Ah scelus est iuuenes pulchram fraudare iuentam  
Ah scelus est paphiæ spernere castra deæ  
Nunq̄ uirgo tuis exoluet munera templis  
Fer ueniens cæcas o hymenæ faces.  
Scandit io lectum iuuenes nunc o hymenæ **Iu:**  
O hymenæ: hymen: dicere sæpe iuuat:  
Iam miscentur. io iam certant dulciter: hymen.  
O hymenæ hymen dicere sæpe iuuat.

**C** Epithalamium. **C** Elegia Decima octaua

Flexipedes hederas iam uincunt brachia: saepe

O hymenæ hymen dicere quæq; iuuat.

Iam ueneris conchas superant data basia: saepe

O hymenæ hymen dicere quæq; iuuat

Iam uirgo est mulier. uir sponsus: nunc hymenæ

O hymenæ. hymen. dicere saepe iuuat

Iuncta suo ludit iam blanda puella marito

Fer ueniens nitidas o hymenæ faces

Heu scandit lectū infelix: nō o hymenæ Pa.

O hymenæ hymen dicere saepe iuuat

Heu fugit amplexus gelidos: non o hymenæ

O hymenæ hymen dicere saepe iuuat.

Horrida formidat senis oscula: non hymenæ

O hymenæ hymen dicere saepe iuuat

Non soluunt Veneri munus. non o hymenæ

O hymenæ hymen dicere saepe iuuat.

Iuncta suo moeret iam mæsta puella marito

Fer ueniens cacas o hymenæ faces.

Producent sobolē. uitis quæ iūgitur ulmo lu.

Dulcia producit munera bacche tibi.

Ad iuga ruricolas exponit durā iuuenos

Quæq; fuit tauro foemina iuncta truci:

Sic simis teneri generantur matribus hædi

Taliter ad bellum nascitur acer equus:

Formosum pariet maturo tempore natum

Cynthia sub tenero qui gerit ore patrem,

Matris in amplexu qui ludet. quiq; parentes

Cognoscet risu blanditiisq; suos

Iam mater fiet. pariet iam sponsa marito

¶ Epithalamium. ¶ Elegia Decima octaua.

Fer ueniens nitidas o hymenæ faces  
Quos steriles noscit coniunctas uitibus ulmos Pu.  
Frondebis exultis rustica turba secat  
Ponit & inflamas: tenerâ nec iungere uaccam  
Vult qui iam dudum duxit aratra boui.  
Imbellem mos est hircum mactare colonos  
Curribus & ueteres supposuisse feros.  
Cynthia non ullo producet tempore natum  
Sponsus enim pylium tempore uincit auum  
Quæ sicca est dulces fructus non educat arbor  
Arida non tosto germinat herba solo.  
Non mater fiet. pariet non sponsa marito  
Fer ueniens cæcas o hymenæ faces.  
Viuite foelices: castiq; cupidinis ambo Iu.  
Exercete diu dulcia bella simul.  
Et uideat tota uos ludere nocte lucerna  
Donec uos faciet curua senecta graues.  
Claudite iam thalamos. pueri iâ claudite matres  
Lulimus: o satis est: claudite iam thalamos:  
Infoelix uiuet. posset non uiuere lata  
Quæ conclamando iuncta puella uiro est.  
Ferte patres legem: teneram ne ducere possint  
Vxorem cani. sub sua tecta fenes.  
Vel non sit iuuenem tam dirum crimen amâtem  
Amplecti tibi met cynthia cauta faue  
Claudite iam thalamos pueri. iâ claudite matres  
Fleuimus o satis est: claudite iam thalamos.

**C**Elegia Decima octaua:

**C**Quarula lamentatione Ferandi Regis Immaturo  
deslet mortem. **C**Elegia. xviii.

Ndue Parthenope lugubres anxia uestes  
Indue nocturnæ uellera pulla togæ  
Funera non capiunt saturatas murice uestes  
Non facit ad nigros aurea lana rogos  
Fûde graues gemitus lachrymâs mœstissima mater  
Ut solet ad nati tristia busta sui  
Distrahe compositos crines miserabilis uxor  
Ut super extincti distrahit ora uiri  
Vir pater & natus quoniam tibi uulnere fati  
Ferandus stygias casus adiuit aquas  
Ferandus gelidas potuit qui uictor ad alpes  
Pellere magnanimi gallica castra ducis  
Sub iuga qui populos traxit uiolenta rebelles  
Duxit & infirmos ad sua uota duces  
Ille medusæum qui pallados ægida solus  
Gestabat forti Martis & arma manu  
Qui gladio trepidos lacerabat comminus hostes  
Ut lupus imbelles sanguinolentus oues.  
Afferit herculeas colit hoc qui tyburis arces  
Albula sulfureo quos rigat atq; lacu  
Quos uidet altus Erix & culmina cæssa pelori  
Hic ubi flammiuomis concrepat ætna iugis.  
Hoc uidit Sarnus: uiderunt rura galesi:  
Quas spargit silaris: quas Amasenus aquæ  
Notus erat gelidas surgens qua caucasus arces  
Perpetua boreas concutit arua niue



¶ Elegia Decima nona

Et qua triptolemi grauidis onerantur aristis  
Gargara. semiuiro iugera nota gregi  
Illum Masagetes: illum timuere Sycambri  
Abluit Hesperia quosquoq; bethys aqua  
Quiq; Britannus agit picto ferus æsteda uultu.  
Quiq; furis pictis trux arimaspe comis  
Qui sua ueloces torquent post terga sagittas  
Torquet Achemenis qui quoq; tela modis  
Nominis illius titulos gangetica tellus  
Horruit: & cupidi gloria Xerxis Athos  
Cælsaq; pinniferi tremuere cacumina Pindi  
Quiq; leuat uaria cornua taurus humo  
Soluti anhelantes misisset sub iuga taurōs:  
Soluti & auratæ dona tulisset ouis  
Fœcundam gemino maclasset mortibus hydrā  
Vulnere Pharrasium dilacerasset aprum  
Centauros. poterat: poterat superare gigantes  
Vel sine thesea. uel sine Martis ope  
Et tu mors nimium tristis: nimiumq; proterua  
Quam flectit ueri nullus honoris amor  
Hunc immaturo rapuisti tempore: mors hunc  
Hunc mors præcipiti temporis ante diem:  
Iuppiter hoc crimen pateris: iacet ah. iacet ille  
Quo sine militiæ fama decusq; iacent.  
Consilium: probitas: & cum præstantibus armis  
Quæ fluit e uero numine sancta fides:  
Hoc damnum mauors pateris: tenet ah tenet illum  
Exiguus tumulo corpus inane lapis  
Quem uiuum poterant orbis non regna tenere

¶ Elegia Decima nona.

Omnia phœbeis quæ celebrantur equis  
Martia disponet post hac qui castra cruetas  
Cautus & in pugnas agmina lege trahet  
Pondera baliste quis iusta locare docebit  
Ictibus ut crebris moenia pulsa cadant  
Ibit in aduersos pugnans quis fortiter hostes  
Intrepidus miles: dux ferus atq; potens  
Proh scelus horrendum parua tumulatur in urna  
Dux inter fortes gloria prima duces  
Quo nec maior erat Cæsar: nec reddidit olim  
Qui uictor patriæ perdita signa remi  
Si currens tenui cinctus thorace ruebat  
Sæpe rotans cæleri lignea scuta manu  
Dyrrhachii genitum sub rupibus esse putabat  
Quilibet hunc uel qua flumina Nilus agit  
Nilus ab incerto currens qui gurgite pontum  
Intrat septeno flumine ceruleum  
Huc illuc hastam torquens mirabile dictu  
Cuspide tangebatur signa notata graui  
Ascendebatur equum saltu super astra uolantem  
Ex alio cuius fræna tenebat equo  
Cuius ob interitum merito saturnia Roma  
Lucida flebilibus concutit astra sonis  
Cælsa Palatini tremuerunt culmina regni  
Et capitolinæ regia tecta domus  
Porticus ingemuit magni: gemuere Colossi  
Et quæ sunt ueteri pegmata iuncta foro.  
Pyramides: Circi: thermæ: populusq; patresq;  
Quæ capiunt ludis amphiteatra suis.

¶ Elegia Vigesima prima.

Heu fors'fatorum certe nimis ordine legis  
Concutis humanum pernicioſa genus:  
Fixa dies uitæ mortales ſurripit omnes  
Mobilis haud certos temperat hora dies  
Quisq; trahit ſecum ſtabili quo naſcitur infans  
Sydere. fortuna fata niceſq; ſua  
Labimur ut tumido diſiectus fulmine ramus  
Murmure cum magno ſtridet uterq; polus  
Gloria. forma. decus pereunt. ferus oia ſomnus  
Naturæ paruo tempore dona rapit.

¶ Petro Brauo. ¶ Elegia. xxiii.

Vi uidet exanguis iam tempore debilis ūbras  
Feſſa ſepulchrali qui parat oſſa cani  
Quæ tuba. quæ patulâ clamat polinctor ad urn  
Flagitat accenſo quem libitina rogo:  
Ducit anhelantes qui uix ex pectore uentos  
Vix gerit & baculo corpus inane ſenex.  
Non populi curas debet non ferre labores  
Pondera deſſecta non oneroſa manu  
Sæpe procelloſos uidit quæ cymba ſycambros  
Vidit & herculeis ſigna locata uadis  
Legit erythreo pretioſas æquore conchas  
Flumine quaſq; ſuo diſcolor indus habet  
Intrauit bimaris currens & curua lechæi  
Littora: de medio ſuſtulit æra foro.  
Credidit euboicus caca ſub nocte Caphareus

**C**Elegia Vigesima tertia.

Ducere fluctuagas ad loca tuta rates  
Lampetis toruos sensit mugisse iuencos  
Sensit & xxx tristia monstra domus  
Rostratam meruit meruit gestare coronam  
Bractea quod fuluo picta colore nitet  
Denique neptuni tumidis exempta procellis  
Sub portu placida lata quiete sedet  
Qui domuit phariæ memphitica tecta syenes  
Aurea miliaci spreuit & ora canis:  
Vicit odoratos arabas: uictisq; sabæis  
Surripuit largis mascula thura cadis  
Non timuit parthi uersas post terga sagittas  
Sub iuga captiuam duxit araxis aquam  
Asseda prostrauit sæuis onerata Britannis  
Sarmaticos forti milite fudit equos  
Massagetasq; truces duosq; ad bella tomitas  
Traxit ad imperii foedera iusta sui  
Quæ grauis est: teretiq; regit sua mēbra bacillō  
Ocia postposito Marte quietus amat  
Et capit a populo foueant quæ prædia uitam  
Nubila dum claros non tegit umbra dies  
Annosus gladium ponit gladiator: harenam  
Deserit & merita gaudet honore rudis  
Bos trahit a curuo rugosum uomere collum  
Et iacet in stabulis dum graue corpus habet  
Nec cadit ante diem: scelus est mactare colonos  
Est scelus infantes dilacerare boues.  
Pascit equum dominus phaleris exornat & auro  
Victor ab Eleo qui loue dona tulit:

CElegia Vigesima

Sit licet exanguis: sine ui: sine robore: possit  
Nec testudineos iam superare gradus  
Venator sagarim nutrit: facilemque molossum  
Indomitas quoniam pressit uterque feras  
Et pedibus uelox & acuto dente timendus  
Ante fores quamuis fessus uterque cubet  
**Q**ui sapit: ille senum tempus ueneratur: adorat:  
Subleuat aetatem qui sapit ille grauem  
Maestas grauibas quaedam coniungitur annis  
Semideos peragunt sacula longa uiros  
Hinc dixere patres qui Romula recta colebant  
Numinis hinc sancti iura senatus habet  
Sæpe mycæneus post Nestora sedit Atrides  
Supposuit paruo sceptraque tanta duci  
Est amor: est pietas. tremulam fouisse senectam  
Hoc natura parens Iuppiter atque iubent  
Huic igitur faueas: senibus nam qui fauet agris  
**Q**uum iam maturus sit: fauet ipse sibi.

CFrancisco Sforciæ. CElegia. xx:

Vltius Elysiis si te spectaret ab oris  
**i** Et duo bellorum fulmina Scipiadae  
Arduus armatas acies martemque cruentum  
Quum petis: & caedes sanguinolentus agis  
Vt leo dillaniat Libyæ per aprica ruentes  
Iugera fulmineo dente timendus oues:  
Attogniti uirtute animi ualidi que lacerti  
Viribus in pugna quas fugiendus habes

**C**Elegia Vigesima prima.

Ignaros se se belli loquerentur & arma  
Imbelles tenera dura tulisse manu  
Diceret Acacidæ Caesar Marcellus opimis  
Iam iam tempus adest. uestiat. hunc spoliis  
Hunc mea pharsaliis laudet uictoria campis  
Hunc tua sub phrygio gloria parta solo:  
Quod facit egregium miles non laude meretur  
Ferre sua meritis: dux habet omne decus:  
Hic pietate duces superat uel robore cunctos  
Cunctorum semper dux erit iste ducum:  
Iudomitos domuit ligures genuaq; furentes  
Armisonæ potuit uincere Marte uiros:  
Et mulcere animos & amica iungere pace  
Vulnificum semper in sua membra genus  
Quantum consilio tantum præstantibus armis  
Hic ualer: ingenio dextera clara suo est:  
O decus Italiae magni spes principis una  
Horribili pauidas qui necat angue feras:  
Parthenopes nunc regna petis: sunt littore naues  
Vela parant placidis concutienda notis  
Ibis io felix felicia sydera fulgent  
Cæruleas socii ne timeatis aquas  
Hunc neptunus amat tumidis hunc æquora uentis  
Hunc sibi pro nato cærulea tethys habet:  
Placabit sæuos fluctus tumidasq; procellas  
Vndisonis Triton & freta sistet aquis  
Sydera pontiuagis radiabunt grata lacones  
Neptunus placida pace quietus erit:  
Ad regem uenies Calabrum diuamq; uerendam.

**C**Elegia Vigesima prima.

Iunxerunt regi quam pia fata tuo  
Cui cum sydereis oculis facieq; serena  
Dulciter incipies dulcia uerba loqui:  
Salue caelesti de sanguine nata deorum  
Cœlestes inter conspicienda deas:  
Cuius in egregio uultu facieq; nitenti  
Luminibus claris sydera phœbus habet:  
Qua Citherea suum casta cum pallade numen  
Iunxit & excelsi quicquid olympus habet:  
Te petit Ausoniae princeps dux inclytus armis  
Ignuommo cunctos qui fugat angue duces  
Regia tota fremet plausu Francisce sonabunt  
Altifono nitida; tectaq; caesa domus.  
Post foelix patrias sociis remeabis ad urbes  
Numina quem seruant .non freta saua timet:

**C**Iacobo Comiti Iuliano.

**C**Elegia .xxi.

**i** Nelyta quæ doctis posuit dea nomen Athenis  
Me fugiens patrio uertice clausa latet.  
Quum uolo socraticos sitiens haurire liquores  
Efficior mediis tantalus alter aquis.  
Me colit & rubris celebrat niger indus in undis  
Quos uidet & scythico parrhasis Vrsa polo  
Euphrates: Tanais: Nilus: Tagus: Hebrus: Araxes  
Rhenus: Arar: Rhodanus: Cydnus: Hiberus. Atax.  
Si Phaethontis amplectitur omnia ripis  
Hæc pater Eridanus. Eridaniq; pater  
Bella cothurnatus componit maxima uates

**C**Elegia Vigesima secunda.

Qui grauis Andinum pectore numen habet:  
Ast ego frondoso recubans Moelibeus in antro  
Siluestri placidam carmine canto Palem  
Sunt mihi pro cithara stipulae: sunt cornua dura  
Apta tamen dominae corda mouere meae  
Imbriferos arcus ruptoque tonitrua caelo  
Et Iouis irati nubila tela faces.  
Pondera terrenae molis Neptunia regna  
Et quaecumque sacer spiritus astra mouet  
Cernere dum cupio: liquefactis Icarus alis  
Sub stygios summo labor ab orbe lacus  
Semper amor toto tamen est in pectore totus  
Semper & a toto totus amore trahor:  
Vt quaram causas terrae maris aetheris omnes  
Et quoniam non est scire. quod est petere:  
Pamphilus est merito nomen mihi noie magno  
Dicatur qui scit omnia Pantasophos.

**C**De bello gallico. **C**Elegia. xxii.

Ars furit & durum quatens Bellona flagellum  
m Ad fera turbatos conuocat arma deos:  
Tysiphone ructans Erebae uirus Echidnae  
Spargit atrox odii semina dira mali  
Saeva caput tollit rabies incendia Luctus  
Et quaecumque stygis monstra sub arce latent  
Dira fames auri petit. aestuat anxius ardor  
Imperii: clades ira furorque cient:



¶ Elegia Vigesima secunda.

In latium iurat Rhenus rapidusq; garūna  
Quiq; bibunt rhodani flumina quiq; Tagi:  
Hinit equus. balista tonat. blearica stridet  
Funda. strepunt litui. tympana. sistra. tubæ.  
Saxa ruunt. obstant clypei. ferit ensis & hasta  
Tundit claua. fodit lancea. flamma cremat:  
Cæduntur teneræ uites. cæduntur aristæ  
Fertilis arreptis fructibus horret ager:  
Flet genitrix natum: fratrem fraterq; sororq;  
Mortuus uxorem uir cadit ante suam:  
Matre ferus miles temerat clamante puellam  
Infans materno pectore raptus obit:  
O latii tellus spumans te sanguine multo  
Crede mihi rubris albula sparget aquis:  
Et capitolinas gallus populabitur arces  
Coget & imperium sub iuga saua tuum:  
Et merito . quia non patrios imitata triumphos  
Muneribus Bacchi semisepulta iaces:  
Ibit io ad bellum teneris comitatus ephœbis  
Italiæ quisquis regna tyrannus habet:  
Semimares ducens satyros & mænades hastis  
Pampneis. quid stas? cymbala Galle fuge:  
Ecce tibi rapiet pro forti signa Camillo  
Tyndaris æbalides hermaphroditus hylas:  
Roma cades: Romæ nec te sub nomine tutam  
Esse puta inuictos q; tulit illa uiros:  
Nâ tu non Roma es: Romæ sed fabula: Ceruus  
An leo dic capta pelle Leonis erit.

¶ Finis Elegia.



¶ Fratr̃s Baptista Mantuani. Theologi Carme  
litæ ad Pamphilum Saxum.

*De am̃minat̃ ruñs*

¶ Pamphile Calliope soboles: & Apoline nata  
Inter amadryades & oreades cedita nymphas  
Dum nos implicitos curis urbana fatigant  
Et procul obducunt a fonte negocia sancto  
Florifero tu rure latens: sacrata napeis  
Arua tenes: dulciq; sedens diuina recessu  
Ocia lentus agis: fruerisq; silentibus umbris.  
O foelix cui socraticæ suauissima chartæ  
Pabula & altrices adhibent uitalia musæ  
Pocula: cui coeli radiis concordibus ignes  
Leniter aspirant: omnisq; indulget olympus.  
Quem faciles diui quem fors nõ inuida p̃gũt  
Fortunare: comes cui temperat omnia uirtus  
Vota: premēs animi fluctum: sensusq; uagātes  
In gyrum rationis agens: ut fertur habenis  
Castor amycleis domitos egisse iugales.  
Et quamuis ea fama meas peruenit ad aures.  
Militiam simules habitu: tamen attica pallas.  
Tecũ habitat: pulchrũq; tibi sine gorgoe pectus  
Porrigit: & lactente sinu blanditur apertis  
Vberibus: niueisq; premēs rigat imbribus ora.  
Nulla pudiciã uerus inquinat: Arma cupido  
Continet: & tecum uirides innoxius agros  
Lustrat: aues tantum feriens & in añua rursus  
Pignora: sopitas acuens uerno igne medullas  
Vrit itym: scyllam inflammat: pandione natas.

Mane sub auroram cum ros in gramina caelo  
Labitur: in dumis accendit: & amula cantu  
Guttura sollicitans mouet in certamina uocum  
Omnia turbatam lenire potentia mentem  
Cum sua floriferæ redeunt solennia maia  
Rus habet agrestem charites sine ueste choream  
Arua per & siluas & compita rustica saltant  
Tunc mare trāquillum tūc est placidissima caelo  
Temperies: tunc est foelix opulentaq; tellus.  
Deniq; tunc urbes strepitumq; perosa uoluptas  
Fert: spatians alacrem per rura uirentia gressum  
Si captare feras: & opaca inuadere lustra  
Venatuq; acrem iuuat exercere iuuentam  
Retia: tela: canes: arcus: plenamq; pharetram  
Præbet: & accincto tibi militat agmine Luna:  
Si libet ardentem quum sol uolat altius æstum  
Euitare: soporq; oculis blandissimus instat  
Sternit humū formosa dryas: gelidaq; sub ūbra  
Gramineos parat accubitus: ubi mollibus auris  
Mota ciet leuem quercus frondosa susurrum.  
Ad riuī salientis aquas ubi plurima garrit  
Ales: odorati pingunt ubi gramina flores.  
Quod si predari fluuios & æquatica regna  
Et glauci delectat opus: maculosa per amnem  
Lina moues: amnem: cuius uada uitrea sulcant  
Ergo albi lucente greges: uel arundine mota  
Piscem agis herbosæ recubans in margine ripæ.  
Et prædæ arridens esca rursus induis hamum  
Gaudentemq; suo fallis discrimine turbam:

Si placet aut laqueo uolacrem uel fallere uisco:  
Aut aliis petere insidiis: ut ab æthere lapsus  
Fulminis instar auem feriat pede: pectore: & ore  
Vultur: & aeræ spectacula cernere pugna  
Hæc nemus: hæc ualles: hæc dât tibi gaudia cãpi  
Urbe quid ars operû inuentrix inuenta; longo  
Vsu operum prestare queat: quid magna uirorû  
Ingenia efficiant: hominûq; industria constat:  
Rura docent uires coeli: quid numina possint  
Quid natura ferat: quo ordine gramẽ & arbor  
Semine quo surgât: quid nix hyberna qd imbres  
Quid uenti & coeli regio conferre colonis  
Quid uae auferre ualêt: quibus inter lunia & Iris  
Officiant: Iris curuo Taumantias arcu  
Multicolor phœbi radiis & nubibus orta  
Quam potare ferût tepidos & flumine nimbos  
Et Lunæ crescentis opus: quid mane quid alt o  
Sole: quid occasu facias armenta gregesq;  
Quis cultus: quæ cura regat: quæ idustria seruet:  
Rus monet & miris oculos animumq; uacâtem  
Afficit illecebris: mentêmq; resuscitat agram:  
Aspice uti semen iactum putrescat: & inde  
Vis occulta: soli gremio & genitalibus artus.  
Atq; calescentis cœlesti lumine phœbi  
Irritata rudi tenuem de corpore partum  
Ordiri incipiat: uultum foetura recentem.  
Pallet adhuc: mox ceruleum trahit ore colorem  
Frons incerta prius speciesq; incognita tandem  
Panditur: & foliorum apices in molia surgunt

Spicula: uel manui similis diffusa uirentes  
Frons abit i digitos: uel linguæ induta figuram  
Tenditur & certo currentibus ordine collis  
Vndiq; serratum creber facit angulus orbem  
Terra parens dulci teneros alit ubere partus  
Atq; uligeneum bibulis radicibus imbrem  
Potat: in exiguis latitans natura cauernis  
Et miris alimenta modis in corpora transfert  
Crescit opus sensim longo iam stipite cortex  
In solidos circa mollem durefcit amictus  
Et liber occaltam duro sub cortice uestem  
Textit ut inclusum tenui diaphragmate corpus  
Ambiat exteriorq; minus chlamys asperet artus  
Fortior in ramos truncus iam surgit & alto  
Vertice. sub foliis umbrosa comantibus arbor  
Aspicit hospicio uolucres & porrigit umbram  
Pubertate ualens & iam foecundior ambit  
Nomen & officium matris studiumq; futurae  
Posteritatis habens: generandi ardore calescit  
Iam floret noua iam proli in cunabula ponit  
Parturit: & mediis proli de floribus exit  
Imperfecta rudis teneroq; in corpore clausum  
Semen habet: quo cum mater decefferit arbor  
Altera confurgat similis: sic prouida rerum  
Est natura parens: sua q; mortalia norit  
Pignora uitali sobolem cum semine profert  
Cruda nouae frugis tristes infantia succos  
Emollire nequit: sensim mitescit acerbam  
Duriciem calor eneruat: penetrabilis aetas

Phlegma coquit: ligniq; domāt fera tūscera soles  
Purpurei tot ueris opes tot rustica tempe  
Delitiasq; soli uarias:preferre latinis  
Fascibus:& solis regum sublimibus ausim.  
Attalicæ quid gaza domus quid regia crasi  
Quid gladiis stipatus honos:qd pēdula semper  
Ambitio:fortuna fugax securaq; nunq̄  
Prosperitas:& perpetuis obscissa uenenis  
Vita tyrannorum sumpti pro laude labores  
Precipiti profunr & eunti in tartara uitæ.  
Viue igitur rebusq; fidem præbere caducis  
Nescius:ad coelum securo annitere gressu

**C**Angeli Britannici ciuis Brix.sumptu:Bernardi  
nus:Mi sinta impressit:Impetrato priuilegio ab il  
lustris.D.D.V.ne quis librū imprimere:aut alibi  
Impressum i sua iurisdictione Vēdere audeat.Sub  
poena in eo irrogata.Brixia.pridie nonas Quinti  
les.M.ID;

Et post hoc: lignis domibus in...  
P...  
I...  
F...  
A...  
C...  
A...  
P...  
V...  
P...  
V...  
M...

Et post hoc: lignis domibus in...  
P...  
I...  
F...  
A...  
C...  
A...  
P...  
V...  
P...  
V...  
M...

**C**lector candidissime: Suis cuiq; attributus sit error: **No-**  
**lim:** si quid mendosum sit: Pamphilo: sed librario imputes  
**Quæ** autē obelisco fodienda sint omiſſis quiſquiliis: hæc  
 fere ſunt:


- |                                   |                                  |
|-----------------------------------|----------------------------------|
| a.iii. oblita uis. pro uix.       | g.i. cadameas. pro cadmeas       |
| gorgoneū. p gorgoneam             | g.iii. aspiciis. pro auspiciis   |
| quum miscet. pro miscent          | h.v. uſ adorat. p atq; adorat    |
| a.iiii. quatus. pro quantus       | h.vi. ſæ iunctæ. p ſeiunctæ      |
| a.y. Numam ſic. pro Numa          | i .i. leuconicon p leuconico     |
| Taidam quū. p Thaida              | i .iii. ceruiciem. pro ceruicem  |
| formoſa. pro formoſam             | i .iiii. gerit uel. pro gerit ue |
| a.vi. triūphos. p triūphus.       | k.i. Me coenas. p Meccenas       |
| a.viii. deſſilibyes p des libyēs  | poeta. pro poeta                 |
| a.viii. egre giū. pro egregium    | ſerus. pro ſerus                 |
| b.i. ut fetiat. pro ut feriat.    | cur limine. p quū lumine         |
| b.ii. phyrgiū teneat. p teneāt    | k.ii. maurocena. p mauroceno     |
| c.i. matua pro mantua             | k.iiii. tyrfos. pro thyrfos      |
| c.ii. cecropiis. p cecropiæ       | k.v. fuerit pro furit            |
| c.iii. ſi licet. pro ſi liceat    | k.vi. rapazes. pro rapaces       |
| c.y. deſerta remi. p diſerta      | tetrici. pro ſicali.             |
| c.vi. non ſericas. pro ſerica     | typhæi pro tyranni               |
| d.i. Imparim. pro in parim        | k.vii. fui. pro diu.             |
| d.iiii. iactatu. pro iactatus     | l.i. iunctas. pro unctas         |
| d.vii. iuribus. pro uiribus       | l.iii. & fallant. pro ut fallant |
| d.viii. cumſpiciis. pro cōſpiciis | iuueniſſe pro inueniſſe          |
| ut tenuas. pro ut teneas          | ad Ioannis. pro Ioannis          |
| concutit arce. pro aſtra          | l.v. agunt pro agant             |
| e.vii. Mauros. pro mauors         | l.viii. ſub q; pro ſed q;        |
| g.i. i prio carmine noſter pro    | m.iii. caua. pro cauſa           |
| liber hic. ſcdo liber p noſter    |                                  |




nihil ē nihil p nihil ē cerussa	A.iii. hunc illuc. pro huc illuc
lintea. pro lintea	A.vi. collitur. pro colitur.
m.iiii. testa. pro tecta	trucalenda. p truculēta
m.vi. nulla. pro nullas.	A.viii. prædia. pro pralia
n.i. obiit pro obit.	B.v. furrit pro furit.
n.iiii. ceceuit. pro cecinit	C.ii. alcioni. pro alcinoi
n.v. ferius. pro ferus.	C.vi. panthea. pro panthee
n.vi. Casaries. pro Casareis	C.viii. Anxus. pro anxur:
n.vii. phyræ pro pyrthæ	D.i. flammans. pro flamas
fabri ferrari. p ferrarii	D.ii. torques. pro torquens
dextra pro dextera	D.iiii. cytharea p cytherea
n.viii. imitnado. p imitádo	in mondas. p immúdas
O.i. Mentoria p mentorea	D.iiii. fecit. pro facit
armis. pro arnus.	E.iiii. rollant pro tollat
collitur. pro colitur	E.v. ianne. pro inane.
o.iii. fuluo supuacaneum est.	E.vi. linquit. pro liquit
o.iiii. indicat. pro iudicat	E.vii. ægoceros. p agoceros
fugatis pro fugacis	E.viii. postis. pro postis
phatetra. pro pharetra	F.ii. crassi. pro cræsi
o.v. putris. pro pueris	basama. pro balsama
o.viii. putabis. pro putatis	F.iii. ius. pro uis:
p.iii. collo. pro colo	F.v. ilice. pro filice.
p.iiii. syderefo. pro sydereo	F.vii. atiphata p antiphata:
p.vi. formam. pro forma	Cymodece. p cymodoce
p.vii. uicere. pro uincere:	F.viii. flectis. pro flentis
bastras. pro bacra	G.ii. orbe. pro ore.
scyta. pro scythas.	G.iii. curris. pro curis
p.viii. bratos. pro beatos	nimbonus. p nimbosus
æerrat. pro errat:	G.iiii. stygiis. pro stygis.
q.viii. pector. pro pectore	H.vi. miliaci. pro niliaci.



Dw 30200





Ow 30200

OPRAWA  
ROLNICZEJ DRUKARNI  
KSIĘGARNI NAKŁAD.  
SP. Z OGR. SPP.  
POZNAŃ  
SEW. MIELŻYŃSKIEGO 24

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU



Inc. 57. Q,

INKUNABULY